

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Theologica universa - Ettenheim-Münster 108 - Tom. II

Cartier, Gallus

[S.l.], 1795

Tractatus quartus - De gratia Christi

[urn:nbn:de:bsz:31-111018](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111018)

Tomii Secundi

Tractatus Quartus

De

Gratia Christi

is satisfi
um human
homo, nec
adoptivus
natura
eadem
e Verbi
lenda
quod est
tam excell
laniti
s cultu
Virgo Mar
teri vero
tissime
eos in
cedant
t Christo
vera, in
ita et
e exp
sanctorum
us pie
tus impendi

II

Tractatus de iuribus

et de iurisdictione

et c.

Tractatus de iuribus

Titulus
 Prolegomenum...
 Cap. I. De v...
 Cap. II. Refe...
 §. I. De an...
 §. II. De b...
 §. III. De s...
 §. IV. De p...
 §. V. De w...
 §. VI. De l...
 §. VII. De m...
 §. VIII. De f...
 Cap. III. De d...
 §. I. De s...
 §. II. De s...
 Cap. IV. De g...
 §. I. De m...
 §. II. De h...
 §. III. De m...
 Cap. V. De c...
 §. I. De l...
 §. I. Ut...
 §. II. ut...
 §. III. De...
 §. I. Ut...
 §. II. An...
 §. III. Ut...
 §. IV. Ut...

Index
 Titulorum Tractatus quarti Tomi *Secundi*
~~q^{ti}~~ Theologiae Universalis
 De
 Gratia Christi.

	<u>Num.</u>
Proloquium	1.
Cap. I. De variâ aceptione et divisione gratiae ...	2.
Cap. II. Referuntur praecipui errores circa gratiam Christi	4.
§. I. De antiquioribus gratiae Christi hostibus	5.
§. II. De Pelagianis	6.
§. III. De Semipelagianis	7.
§. IV. De Praedestinatianis	8.
§. V. De Wiclefô ejusque Sectatoribus	9.
§. VI. De Lutherô et Calvinô, nempe eorum Sectatoribus	10.
§. VII. De Michaële Bajô	15.
§. VIII. De Jansenio Ypresensi Episcopô	16.
Cap. III. De diversis naturae statibus in ordine ad gratiam	18.
§. I. De statu naturae innocentis	21.
§. II. De statu naturae purae	40.
Cap. IV. De Gratia habituali	51.
§. I. De nomine, essentia, et existentia gratiae habitualis	52.
§. II. De Justificatione	79.
§. III. De merito Justitiae	105.
Cap. V. De Gratia actuali	133.
Sect. I. De Gratia actuali generatim sumpta	134.
§. I. Utrum sine Gratia actuali possit quis aliquid conducens ad salutem	135.
§. II. Utrum, et quando homo indigeat Gratia actuali	148.
Sect. II. De Gratia Sufficiente	186.
§. I. Utrum in statu naturae lapsae detur Gratia Sufficiens	187.
§. II. An Justis omnibus detur Gratia Sufficiens	199.
§. III. Utrum fideles peccatores etiam obdurati et excoerati habeant Gratiam Sufficientem ad conversionem	211.
§. IV. Utrum Infidelibus omnibus detur gra-	

IV

tia Sufficiens ad Salutem 214.
 Sect. III. De gratiâ efficaci 230.
 §. I. Referuntur ac refelluntur Aetholicorum
 opiniones circa essentiam gratiâ efficaciis... 231.
 §. II. De variis circa gratiâ efficaciis naturam Ca-
 tholicorum Theologorum Systematibus... 246.
 Systema Thomistarum 247.
 Systema Augustinianorum 249.
 Systema Molinae 251.
 Systema Congruistarum 253.
 Systema Thomassini 254.
 Systema Turnellii 255.
 Opinio nostra 256.

The...
 Unia...
 Expe...
 antissima...
 terio, ...
 ons post...
 heramus...
 habet au...
 ctum, ...
 ditis pro...
 carnatus...
 ientia, ...
 omnia...
 ingram v...
 am, que...
 dit. Erg...
 tu ea, qu...
 pendim...
 mit fruit...
 quam m...
 Sint gra...
 terio em...
 Adm...
 lis aggre...
 entum, t...
 fragio f...
 bus timo...

*Tomus Secundus
Theologiae Universalis*

*Theologia
Universalis*

Tomus Secundus

Traктatus Quartus

*De
Gratiâ Christi.*

Proloquium.

i.

Expensio pro viribus nostris au-
gustissimo Inarnationis Dominicae
Mysterio, Studii nostri Theologici ratio
et ordo postulat, ut de gratiâ Christi
differamus. Enimvero Inarnationis
se habet ad gratiam, sicut causa ad
effectum, fons ad rivum: namque,
ex dictis priori Traктatu, Filius Dei,
incarnatus, factus est nobis iustitia et
sapientia, quatenus nobis promeritus
est omnia gratiarum genera, quas
tanquam vivificum Ecclesiae caput in
eam, quae est corpus eius, continuo in-
fluit. Ergo postquam precedenti Tra-
ctatu ea, quae Inarnationem spectant,
expendimus, modo nobis exponendi ve-
niunt fructus eius, id est, quam pretio-
sa, quam magnifica, quamque necessa-
ria sint gratiarum dona, quae ex illo
Mysterio emanant, demonstrandum.

Arduum profecto ac plenum so-
pulis aggredimur Disputationis argu-
mentum, tot summorum ingeniorum
naufragio famosum, ut propius acceden-
tibus timorem inuariat. Suavitate

2. quidem sua mortalium animos gratia demulcet; at circumfusam terret obscuritate: blanditur officiis, sed pungit aculeis. Si beneficentiam gratia innolescentem, si derivata in nos ipsius innumera commoda spectaverimus, nihil ad cognoscendum gratiam salubrius, jucundius nihil. Est illa coelestis aura particula, qua benignè afflati, ac divina natura participes facti, Dei filii nominamur et sumus. Est fons aqua vivificantis in vitam aeternam. Si verò gratia vim internam, si operandi modum, si mensuram distributionis, vel cum humana libertate concordiam inspicere propius, ac rimari tentaverimus, quam tenebrosa, quam humana menti impervia, et inaccessa divinorum arcanorum Majestas! Hinc S. Augustinus strenuus ille gratia Christi vindex, Quaestio

* lib. de gratia ista, inquit, ubi de arbitrio voluntatis, Christi c. 47. n. 52. et Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficultis, ut, quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem appetitur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.

Crescit ac mirè implicatur hujus disputationis obscuritas non solum ex variis et extreme contrariis Haeticorum erroribus, sed etiam ex concertationibus inter Catholicos Subortis. Omnes quidem media et regia via incedere nituntur,

quia tamen illam aetam et angustam 3.
Haereticum reddiderunt, vix possunt iter per-
agere, quin ad dexteram vel sinistram
declinare videantur; maxime vero cum
nonnulli, quod minimè nobis probatur,
privata sua sensa velut totidem fidei
decreta liberius obtrudendo, se se mutua
censura miserè discernunt ac dilacerant.

Quantum dogma fidei spectat, viro
Catholico satis est, si agnoscat ac fatea-
tur 1.º Summè potentem esse vim gra-
tiae coelestis ad inclinanda, quò Deus vo-
luerit, hominum corda. 2.º Vim illam
sive virtutem gratiae à Deo auctore et
parente esse. 3.º Sub eà Dominatrice
liberam semper remanere hominis vo-
luntatem, ut ipsi obsequatur vel resis-
tat. 4.º Humanam voluntatem divi-
nà gratià excitatam et adiutam acti-
vè concurrere ad opus bonum. 5.º De-
nique, indivisam esse, non partitam,
gratiae et libertatis, quoad opus bo-
num, actionem.

Quantum verò ad Scholam circa eam-
dem gratiam opiniones, quae salva fidei
veritate ac majestate hinc inde à Theo-
logis propugnantur, facile eas quilibet
Catholicus ignorare vel negligere potest,
cum ad propugnandum fidei dogma
quidquam certi non conferant.

Certè ut ut in Schola Theologi, qui
illas tuentur, eisdem perspicuitatem
aliquam adspicere conentur, semper

4. tamen aliquid reconditum, et ab omni cognitione nostrâ remotum relinquunt.

Nos igitur, quamvis eas non omnino contemnamus, sed, quantum possunt, valere jubeamus; utpotè quæ ad ingeniorum exercitium, et Fidei elucidationem utcumque conferre videantur, illis tamen hinc longius immorari haud est animus. Ad Fidei dogma, quod Ecclesia judicio ac sententiâ definitum est, præcipuè intenti, eas singulatim retulisse, et velut enumerasse duntaxat sufficere arbitramur.

Totam porò de Gratiâ Christi materiam quinque Capitibus concludemus. In 1.º De variâ acceptione et divisione Gratiæ differemus. In 2.º Brevisus contra Gratiam errores referemus. In 3.º De diversis naturæ Statibus agemus. In 4.º De Gratiâ habituali. In 5.º Denique, De Gratiâ actuali differemus.

Capitulum
De varia acceptione et
Divisione gra-
tia.

5
2.

Gratia inde nomen accepit, quod
gratis dicitur. generatim ergo hic defini-
tur bonum à Deo gratis datum, unde
opponitur debito iuxta illud ad Rom. 4.
v. 4. Ei autem qui operatur, merces non im-
putatur secundum gratiam, sed secundum
debitum. Et ad Rom. 11. v. 6. Si autem gra-
tia, jam non ex operibus, alioquin gra-
tia jam non est gratia.

Gratia nomen in Scripturâ tribus
modis accipitur, 1^o latè, nimirum pro eo
omni, quod gratis datur, seu absque debi-
to ex parte conferentis, et merito ex parte
recipientis, sive sit naturale, ut creatio,
conservatio, providentia generalis; sive
supernaturale, ut sunt ea dona que na-
tura ordinem, vires et exigentiam superant.

2^o Strictè, nempe pro beneficiis su-
pernaturalibus creaturae rationali colla-
tis, sive sint ex meritis Christi, sive non.
Eâ ratione auxilia, quae Deus Angelis et
Adamo innocenti in ordine ad salutem
contulit, gratia nomen sibi vindicant.

3^o Limitatè strictissime, scilicet
pro beneficiis supernaturalibus, quae ho-
mini indigno et peccatori ex Christi meri-
to conferuntur: unde et gratia Christi
appellatur, atque defini potest, Do-
num Dei gratuitum supernaturale ho-
mini lapsio concessum per merita Christi
Domini in ordine ad vitam aeternam.

6. Dicitur 1^o Donum gratuitum, ut ostendatur non rependi precedentibus operibus; sed gratis dari; alioqui gratia jam non esset gratia, Rom. ii. v. 6.

Dicitur 2^o Supernaturale, ut distinguatur à donis naturalibus, qualis est creatio, conservatio, Sanctas corporis p. p.

Dicitur 3^o Homini lapsso concessum, ut ostendatur hanc gratiam esse maxime gratuitam; siquidem donum, quod indulgetur inimico, magis gratuitum est, quam quod tribuitur non inimico, ut notat Apostolus Rom. v. v. 8. his verbis: Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus... reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus.

Dicitur 4^o meritis Christi, ut distinguatur gratia hujus status à gratia Angelorum, et status innocentia, quae in nostra sententia independentem à meritis Christi fuit concessa; homini autem lapsso Deus benedixit in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo, Ephes. i. v. 3.

Dicitur 5^o In ordine ad vitam aeternam, quia gratia est semen gloria, quatenus hominem ad eam elevat, movet, ac disponit. Hinc Joan. 4. v. 14. fons aquae salientis in vitam aeternam, dicitur.

3. De hac gratia Christi sic definita acturi sumus in presenti Tractatu; quo dividitur 1^o In creatam et incretam. Gratia creata sunt beneficia vocationis et justificationis p. In creata est bona voluntas divina, predestinatio, unigenitus Dei filius, p. 2^o In temporalem et aeternam. Gratia temporalis

est beneficium gratuitum in tempore collatum. Gratia atena est ea, quae existit ab aeterno, ut praedestinatio ad gratiam et ad gloriam, praedestinatio operum salutarium, p.

3^o. In internam et externam. Gratia interna est ea, quae in nobis est, ut illustratio mentis, pia motus voluntatis, habitus supernaturales, p. Gratia externa est ea, quae extra nos est, ut doctrina Christi, exempla virtutum, pia exhortationes, et alia, quibus, adiuncta gratia interiore, excitamur et adjuvamus ad malum fugiendum, vel bonum agendum.

4^o. In gratiam gratis datam, et gratiam gratum facientem. Gratia gratis data est ea, quae ad aliorum salutem praecipue datur. Eiusmodi gratias novem numerat Apostolus 1. ad Cor. c. 12. nimirum sapientiam, scientiam, fidem, genera linguarum, interpretationem sermonum, gratiam sanitatum, operationem virtutum, prophetiam, et discretionem spirituum. Alias etiam recenset, Rom. 12.

Dicitur autem gratia gratis data, non quod ipsa sola, et non etiam gratia gratum faciens, gratis datur; sed quia, cum proprio et specifico nomine careat, ei nomen genericum tribuitur, omni gratia conveniens.

Gratia gratum faciens est ea, quae ad propriam recipientis salutem praecipue datur, atque eo tendit, ut quis Deo perfecte serviat, eique totaliter adhaereat, quod ipsi est longe gratissimum.

Duplex est, habitudo nempe, et actualis. Prior, quae etiam sanctificans nuncupatur, est gratia anima perma-

8 nenter inhaerens per modum habitus, quâ nempe homo constituitur permanenter justus seu sanctus, Dei amicus et filius adoptivus, atque ita ad vitam aeternam disponitur. Actualis vero est auxilium internum, Supernaturale, transiens, quo Deus creaturam intellectualem illustrat, excitat, et adjuvat ad eliciendos actus salutares. Est ergo illustratio seu cogitatio Supernaturalis in intellectu, et pia affectio similiter Supernaturalis in voluntate.

Subdividitur itaque in excitantem, adjuvantem, et Subsequentem. Gratia excitans, quae etiam præveniens, preparans, operans, præoperans, et vocatio appellatur, est Supernaturalis à Deo immissa sancta cogitatio, et indeliberata voluntatis motus seu affectio, quâ homo ad bonum et malum cognoscendum, illudque agendum, hoc vero fugiendum excitatur. Dicitur excitans et vocatio; quia hominem non cogitantem et quasi sopitum vocat, excitat ad bonum salutare, illustrando mentem, et movendo ac pulsando voluntatem. Præveniens, preparans, præoperans; quia prævenit, preparat salutarem libertatis usum: operans vero, quia Deus per illam operatur in homine. Solus, hoc est, sine liberâ hominis operatione, quam scilicet prævenit ac preparat per hanc gratiam*.

* Gratia excitans movet et corroborat non solum moraliter, per illustrationem inicitat-

Gratia adjuvans, quae etiam cooperans, et concomitans dicitur, est Supernaturale auxilium, seu actualis Dei influ-

ens, quo roborata voluntas liberè consentit gratiæ exitanti.

Gratiæ Subsequens est Supernaturale Dei auxilium, quo firmatur voluntas in bono proposito, et adiuvatur, ut illud ad executionem perducatur. Deus s.g. inspiravit affectum jejunandi; en gratiæ preveniens et exitans, seu operans: voluntas liberè consentit inspirationi divine, et jejunare proponit; en gratiæ adiuvans et cooperans, seu comomitans. Sed uberiori indiget auxilio, ut actu et de facto jejinet, quia in executione major occurrit difficultas, quam si homo superaverit, tunc erit gratiæ Subsequens.

Denique gratiæ exitans subdividitur in Sufficientem et efficacem. Gratiæ Sufficiens est ea, qua potest habere, sed non habet effectum, ad quem datur, id quæ ex sola culpa voluntatis nolentis ei consentire. Dicitur Sufficiens, non quod gratiæ efficax non sit etiam verè Sufficiens, sed quia cum proprio ac specifico nomine careat, commune utrique divisionis membro nomen accepit. Subintelligitur autem vox merè: nam reverà est merè Sufficiens. Gratiæ efficax verò est verè Sufficiens, et insuper efficax, ut potè quæ non solum potest habere, sed etiam certò et infallibiliter habitura est effectum, si detur.

Caput Secundum.

4

Referuntur præcipui errores circa gratiam Christi.

Expositis variis gratiæ Christi divisionibus, ejusque definitione, præstat, ut antequam ulterius progrediamur, præci-

pi, suadendo, exhortando, virtutis pulchritudinem et vitii turpitudinem ostendendo, et suppliciorum acerbitatem proponendo; sed etiam physicè per inspirationem, seu indeliberatam voluntatis motionem, quæ voluntas physicè movetur et inclinatur ad boni amorem, desiderium, prosecutionem, vel ad mali fugam, et quæ motus concupiscentiæ vel extinguitur, vel minuitur, vel ejus vis eliditur aut retardatur, relinquendo tamen voluntati liberam sui actus determinationem.

10 pnos, qui variis temporibus circa eam labor-
ta sunt errores reuenseamus; quod singulis
S. phis exequimur. S. i. mus

5. De antiquioribus Gratia Christi
Hostibus.

Primo, Iudaei praesumentes de sua
iustitia, qua in lege est, reiecerunt grati-
am Christi tanquam inutilem. Contra hunc
capitalem errorem acriter pugnarunt Apo-
sti, maxime S. Paulus in epistola ad Roma-
nos, et ad Galatas.

Secundo, Origenes ex falso principio,
quod a Platoniis hauserat, nempe animas
fuisse creatas ante unionem cum corporibus,
praedestinationem quorundam referebat
non ad Christi merita, sed ad bona opera,
quae praeceperant animarum unionem. Hinc
S. Hieronymus Epist. ad Ctesiphontem erro-
rem Pelagii vocat ramusculum Origenis.
Sed ramusculus ille in magnam arborem ex-
creuit, quae ramos suos ~~in~~ in Oriente et
Occidente late produxit: et ex ejus radice
ortae sunt variae haereses. Unde Pelagius
vulgo censetur primus, qui Christi gratiam
aperte impugnauit.

6. S. Secundus
De Pelagianis.

Pelagius natione Anglicus, vel, ut alii
volunt, Scotus, professione Monachus, an-
no 403. Secundum S. Prosperum, vel 405.
Secundum alios Joauit inter caetera, 1.º Ada-
mum fuisse conditum mortalem, et lapsu
suo posteris suis nouisse, non propagatione,
sed malo duntaxat exemplo, adeoque non dari
peccatum originale, nec proinde infantes, qui
sine baptismo ex hac vita decedunt, privati

vita aeterna. 2^o. Gratiam ad singulos
actus salutares non esse necessariam, et per
opera naturalia nos illam promereri. 3^o.
Ignorantiam et oblivionem non subjacere
peccato, quoniam non eveniunt secundum
voluntatem, sed secundum necessitatem.

Hic et alii ejus errores proscripti sunt
primum in Synodo Carthagenensi an. 412.
in ejus discipulo Caestio, qui, juxta S. Hiero-
nymum in proemis lib. 3. in Jerem. patria
quoque Scythus et professione Monachus fuit,
sed postea in Asia Presbyter consecratus.
Deinde an. 415. in isfomet, imò ab isfomet Be-
lagio damnati sunt in Synodo Divispolitana,
quam idem S. Hieronymus miseriam ap-
pellat, quia delusa est subdola Belagii pro-
fessione, quã confessus est absolutam gratia
necessitatem, sed alio sensu, quam Catho-
lici; nomine enim gratia intelligebat
creationem, conservationem, Evangelii pra-
dicationem, et juxta S. Augustinum, in-
teriores etiam mentis illustrationes. Cum
que sua impia dogmata disseminare per-
geret, rursus damnatus est in Concilio
Carthagenensi et Milevitano, cui adfuit
S. Augustinus, an. 416. ac denique anno sub-
sequenti in Concilio Carthagenensi, in quo
sederunt Episcopi 214. et à Summis Ponti-
ficibus Innocentio I. et Zosimo: et sic per
totum orbem haeresis proscripta est, teste
Augustino, lib. De pei. orig. c. 17. Deni-
que in Ephesino I. an. 431.

Inter Belagiani discipulos celebres
extiterunt Caestius, ex S. Augustino lib. De
gestis Belagii c. 33. quem S. Hieronymus ep.
ad Ctesiphontem totius exercitus ducem fuit,
ita ut Pelagiani ab ipso Caestiani dicerentur.

12. tur: Et Julianus Episcopus Capuanus, ex Gen-
nadio; vel Celanensis aut Celanicensis, ex Be-
da; prafat. in Cant. vel potius Celanensis
Sub Metropoli Beneventana, ut in Genna-
dio, Gelasio, et Beda legendum esse cen-
sent eruditi. Hic damnata Pelagianorum
causa, mortuo Zosimo, initio Pon-
tificatus Bonifacii patrocinium. ca ratio-
ne suscepit, ut nova opinionis auctor po-
tius, quam Pelagiana jam profligata sec-
tator visus fuerit, duntaxat, hominem
sine gratia posse quidem orare, bonum
velle, sed nullatenus operari posse, ex S.
Augustino, lib. 2. ad Bonifacium c. 8. Hinc
idem S. Doctor nomination contra Julia-
num acuit calanum.

S. 3. tius.

7.

De Semipelagianis.

Cum S. Augustinus Pelagianos ubi-
que proscriptos infestaretur, nonnulli
Scriptis eius commotibant, ac pro ceteris
Monachi Adrumetini in Africa, quasi
liberum arbitrium per gratiam Testoni
doeret; sed libris editis de gratia et libe-
ro arbitrio, et de correptione et gratia,
quos misit ad Valentinum in Monasterio
Adrumetino Praefectum, illos facile pla-
cavit.

Longè difficilior fuit componere Mo-
nachos Massilienses in Gallia, qui ex postero-
ri libro de correptione et gratia scandalum
passi, novum bellum instaurarunt eo peri-
culosius, quod essent viri pietate et Doctri-
na infiqnes, teste S. Prospero Ep. ad S. Augus-
tinum. Hi in articulis praecipuis a Pe-
lagio dissidebant; nam cum Catholicis con-

fitabantur peccatum originale, et gratia^{13.}
necessitatem non solum ad bene operandum,
sed etiam ad credendum. Sed audire non
poterant 1^o voluntates humanas à Deo pro-
veniri. 2^o Perseverantiam esse speciale
Dei donum, quod quibusdam justis denega-
tur.

Joannes Cassianus Massiliensium
Semipelagianorum facile princeps dignosci-
tur. Is à S. Chrysostamo Diaconus olim
ordinatus, post ejus obitum, qui incidit in
an. 404. Massiliensis Presbyter factus est:
quò in urbe extructo Cenobio, maximam
sibi tum pietate tum eruditione famam
comparavit. Collationes Patrum, unde à
Prospero Collator dicitur, vulgavit: Collatio-
ne 13. Semipelagianos errores discrete tradit.
Obiit cum magnà sanctitatis opinione,
unde à S. Gregorio lib. 6. Ep. 12. Sanctus ap-
pellatur, et Urbanus V. Cassiani caput ar-
gentea theca inclusum, hanc epigraphen or-
navit voluit, Caput S. Cassiani. Denique
illius memoria colitur Massilia 23. Julii.

Fraustus ex Abbate Livinensi fac-
tus Episcopus Reiensis in Gallia, Semipe-
lagianorum propugnator fuit acerrimus.
Duos edidit de gratia et lib. arb. libros, in
quibus eorum dogmata palam profite-
tur. Suis tamen non obstantibus errori-
bus, ipso vivente ab Ecclesia nondum dam-
natis, in Ecclesia Reisiensi colitur, ejusque * Alias Reiensis
nomen sacris Gallianis Ecclesiis factis est
adscribitum, ut observat Baronius ad an.
490. n. 42.

* Hilarium Arelatensem Episcopum * obiit an. 449. D
Semipelagianorum errorum fuligine in-

Prim. H. x.
pag. 11.

14 fectum fuisse, testatur S. Prosper Ep. ad S. Augustinum. Is porro Hilarius alter est ab eo, qui cum S. Prospero scripsit ad S. Augustinum, hic enim fuit S. Augustini discipulus, atque professione laicus duntaxat.

* vide dita Tom. i. Theolog. nostra, Tract. 4. De SS. Ecclesiarum Semipelagianis pariter erroribus ad S. Patribus, p. c. i. §. 2.

Gennadium Massiliensem Presb. dictum fuisse exinde constat, quod S. Augustinum ejusque fidelissimum Discipulum S. Prosperum, velut eos erroris insectatur; Cassianum vero et Faustum Semipelagianorum Duces summis laudibus extollat, lib. de vir. Illust. c. 84.

Vincentium quemdam Semipelagianis partibus adhaerisse, constat ex S. Prospero lib. cui titulus, Ad capitula objectionum Vincentianarum responsiones. Inis autem fuerit ibi Vincentius controversitior. Baronius ad an. 431. n. 188. et in notis ad Martyrologium die 24. maji, existimat eum distinguendum esse à Lirinensi celeberrimo Commonitorii Scriptore. Cardinalis Norisius, lib. 2. hist. Belag. c. 11. quem sequitur Natalis Alexander, et alii nonnulli contendunt, Vincentium illum esse ipsissimum Lirinensem, quem Semipelagianam fuliginem tinctum fuisse censent.

Præterquam quod errores Semipelagianorum damnati fuerint in Belagio, contra ipsos expresse scripserunt S. Augustinus, libris de Dono perseverantia, et de predestinatione Sanctorum, S. Prosper, S. Leo, et alii bene multi, ac tandem promulgavit Concilium Atraniense II. an. 529. celebratum sub Felice IV. et à Boni-

fauis II. confirmatum editis circa gra-¹⁵
tiam et liberum arbitrium 25. Canonibus.
atque tunc primum Semipelagiani velut
verè hæretici habiti sunt; enimverò ante
illud tempus ipsos tanquam viros egregios
audisse, pietatis, eruditionis, ac ingenii
laude conspicuos, testantur S. Augusti-
nus et Prosper. S. Augustinus lib. De dono
persever. c. ult. et lib. De prædest. S. c. i.
eos, fratres ac dilectores suos, et Pelagianæ
hæresos impugnatores appellat. S. Pros-
per Ep. ad S. Aug. et lib. cont. collatorem
eos vocat, Catholicos, Sanctos, spectanda auto-
ritatis viros.

S. Inartus
De Prædestinationis.

8.

Dicitur est huiusque de illis, qui
errarunt circa gratiæ naturam, necessita-
tem et gratuitatem; nunc de iis tratan-
dum, qui errarunt circa ipsius agendi mo-
dum, nempe Prædestinationis, seu, ut
alii dicunt, Prædestinatis.

Hi ab impiò suo dogmate sic dicti,
ex male intellectis S. Augustini scriptis ad-
versus Semipelagianos dixerunt, 1^o Deum
prædestinare ad damnationem æternam,
quæ est mors secunda; et ad peccatum, quod
est mors prima. 2^o liberum arbitrium
hominis post peccatum Adami fuisse extin-
ctum. 3^o Deum non salvare velle nisi elec-
tos. 4^o Christum mortuum esse dum-
taxat pro illorum salute. p. p.

Hæresis ista ad finem vergente
seculo quinto in Gallis suscitata et pro-
pugnata est à Lucido quodam Presbytero,
Monimò, et aliis nonnullis; prout pa-

16. tet ex Epistola Fausti Reicensis ad eundem Lu-
cidum, in qua mox recensita Praedestina-
tianoorum dogmata ipsi proponit damnan-
da, qua nisi ipse anathemate confixerit,
atque Epistola subscriverit, ipsum ad Syno-
dum Delatorum comminatur. Exstat haec
Fausti Reicensis Epistola Bib. Patrum tom.
8. pag. 524. edit. Lugd. Habetur etiam
ex libello emendationis ejusdem Lucidi ad
Episcopos Gallicanos, quo prava sua dogma-
ta ejurat, ea nempe qua mox recensimus.

Item ex duobus Conciliis Arelatensi
circa an. 475. et Lugdunensi circa eundem
annum, vel, ut alii volunt, circa an. 490.
celebratis: in quibus 1.º errores Lucidi fue-
re damnati. 2.º Patrum Suffragis ac sub-
scriptionibus approbata fuit Fausti ad Lu-
cidum epistola. 3.º Ipsi Fausto hos erro-
res confutandi provincia demandata. Ita
constat ex praefatione Librorum Fausti ad
Leontium Arelatensem Episcopum. Luci-
dus ipse etiam meminit Synodi Arelatensis
in suo mox citato retractationis libello.

Denique antiqui Scriptores, ut
Prosper Tyro in Chronico; Author libri anti-
quissimi, quem pinxit erudit Sirmundus
sub nomine Praedestinati; Anobius Ju-
nior, qui vixit quinto saeculo; En-
nodius Ticinensis ejusdem aevi nobilis Scrip-
tor; Hincmarus Ep. ad Nicolaeum Papam;
Rabanus in Epistolis ad Hincmarum; Trithemius
Florentinus, Sigebertus, &c. omnes loquuntur de
Praedestinatianis haereticis, quos quinto saeculo
Ecclesiam infestasse testantur.

Saeculo nono in Lugdunensi Praedesti-
natioorum haeresim Gotescalus in Gallis

Carolo Calvo regnante Ienuo suscitavit, Is no-
bili apud Saxones Stirpe oriundus, vitam Mo-
nasticam professus est in Orbacensi Monaste-
rio Diocesis Suesionensis. A Rigbordo Rhe-
mensi Archiepiscopo Presbyter ordinatus fuit
versus annum 846. idque irregulariter, insus
mirum Rothardo sua civitatis, videlicet
Suesionensis, Episcopo. An. 847. Romam
profectus est, sancta invidiosus, ut agebat, loca:
deinde pergens in Dalmatiam Bannoniãque,
venit tandem apud Longobardos, ibique apud
Comitem Eberardum mansit. Hic de predes-
tinatione sive ad vitam, sive ad mortem dis-
seruit cum Nottingo Veronensi Episcopo, qui
perversã Gotescalci doctrinã commotus, ad
Rabanum Moguntinum Episcopum de illã
scripsit. Contra nefandum dogma librum
enaravit Rabanus, quem direxit ad Nottin-
gum, et epistolam ad Eberardum ut Gotescal-
cum solum Monachum expelleret. Scriptis
Rabani adhesit Eberardus, atque Gotescal-
cum domo sua discedere coegit. Expulsus ita-
que Gotescalcus ex Italia in Germaniam per-
transiens, Moguntiam audacter venit an. 848.
professionem suam edidit de geminã predes-
tinatione, quam Synodo circa calendas octo-
bris ejusdem anni ibidem congregata obtulit
unum libellũ, in quo Rabanum velut Semi-
pelagianum traducebat. Examinatis in
Synodo Gotescalci scriptis, ipse presens au-
ditus, convictus et damnatus tanquam he-
reticus; atque ad Hinimarum Metropoli-
tam suam remissus est, ut in Monasterio
inclusus jam multos posset pravis suis errori-
bus pervertere fideles. Hinimarus Rhe-
morum Presul accepto Gotescalco, cum Mo-
nacho egit, ut eum ad Lemora reduceret,

18. at frustraneō conatu, unde illum ad Conuili-
um Carisiacum agente Carolō Caluō Francorum
Rege an. 849. celebratum, iudicandum addu-
xit. Gotescalus auditus nihil dignum ratione
vel dixit, vel interrogatus respondit, sed ut
abreptitius in singulorum contumelias pro-
rupit. Itaque inventus hereticus, hinc et
in Moguntinā Synodō, atque inuicibilis,
honore Presbyterali abiectus est, et pro sua ir-
revocabili contumaciā secundum Athen-
ses Canones, et Regulam S. Benedicti virgis
caesus in ergastulō Monasterii Altvillaren-
sis reclusus est. Equidem in carcere re-
clusus edidit duplicem fidei sua confessio-
nem breviorē unam, prolixiorē alteram,
in utraq̄e, breviori præsertim, errorem suum
obtegere ac dissimulare conatus est, adhibitis
quibusdam ambiguis verbis, quæ si in se sim-
pliciter et ad corticem præcisè sumantur,
nihil nisi Catholicum sonare videntur; attā-
men illum in erroribus suis pestinsiter obisse
testatur Hincmarus, lib. De non trinā Dei-
tate. consuli possunt etiam: ea, quæ tra-
ctatu De Deo part. i. c. 6. §. 7. conulus. 1. a. num.
213. Prob. 2. a. adnotavimus.

9. S. Quintus
De Wilefō ejusque
Sectatoribus.

Wilefō præfuisse Thomam Brad-
wardinum, multi opinantur; illius patro-
cinium suscipere præsertim Joannes Hus et
Hieronymus de Bragā.

Thomas Bradwardinus, natione An-
glus, Professione Monachus Ordinis Minorum,
Oxonienſis Doctor cognomine profundus, in
eādē Universitatē Professor et Cancellarius,

posthac Regis Eduardi III. Confessorius, semel 19.
et iterum in Archiepiscopum Cantuariensem
electus; tandem inauguratus, quadragesimo
post inaugurationem die mortuus, floruit
decimo quarto saeculo. Vir erat conditione
sed sine critica, ingenio auri, sed audaci praedi-
tus: imaginationis phantasmatibus pluri-
mum delusus, totum penè mundum post Be-
logium abiisse sperabat, quem ut à tam
nefando revocaret errore, librum edidit De
causa Dei, quem tamen iudicio Sanctae Se-
dis Romanae haecque caetera opera subiecit.

Wileghus et ipse quoque Anglicus, Do-
tor et Professor Oxoniensis, deinde Lutter-
worthensis Ecclesiae Diocesis Lincolnensis Re-
ctor; posthac Collegii Cantuariensis Oxonii
Praefecturam suscepit; tum errores suos dispe-
minare coepit, quibus omnium veterum
et rigidiorum Praedestinatorum im-
pia dogmata renovavit, novisque Blasph-
emias cumlavit, quos, utpote presentem
materiam spectantes, reliquis, quos contra
Deum et Christum, contra Ecclesiam variis-
que illius Ordines ac membra, contra Sa-
cramenta evomit, praetermissis, huc pro-
sequimur.

Docuit ergo 1^o Deum praedestinare
singulas creaturas intellectuales ad quem-
libet actum suum etiam peccaminosum.

2^o. Praedestinatione sua necessitatem
absolutam ipsis inferre, sive ad bonum,
sive ad malum. 3^o eas tamen liberas
esse, tum quia spontaneè agunt, tum
quia possent non agere si vedent, sed ali-
ter vede non possunt. 4^o. Sicut predes-
tinatus non potest à gratia exidere, sic

20. praeium, idest, reprobum, non posse in illa
perseverare, p. Haec et alia errorum por-
tenta domise Wilefsum constat ex vari-
is eius Scriptis, praesertim vero ex paucis
ipfius opere Dialogo inscripto, lib. i. c. 1. 10.
ii. 13. et lib. 3. c. 4. Idem tradunt Thomas
Waldensis, lib. i. c. i. et seq. Joannes Cechla-
us, lib. 3. Hist. Hufit. et Jacobus Benignus
Bossuet Episcopus Meldensis lib. ii. Variation.
n. 153.

Quapropter cum à sua Praefectura
tum Archiepiscopus Cantuariensis, tum Ur-
banus V. quem appellaverat, eiecerunt: hinc
odii in Ecclesiam origo. Haeresi grassanti
obstitit Romanus Pontifex, et illius iussu
Synodus Londinensis Wilefii errores dam-
navit: ipse in hoc Concilio palinodiam can-
tauit, cuius ope suam repetit Ecclesiam,
in qua an. 1387. supremum diem obiit.

Mortuo Wilefio, non ideo sopi-
tus error; sed utraque Ecclesiastica et Ci-
vili potestate adversum illius discipulos in-
urgente, ipsi per Angliam latitarunt, aut
ex ea auferunt: ex his unus cum Magis-
tri libris Bohemos petiit, illisque pesti-
mum virus propinare coepit. Tunc tem-
poris florebat Joannes Hus eloquentia et
moribus compositis celebris: primum er-
rorem impugnavit, verum paulo post mi-
serimè deceptus, quos igne cremandos cen-
suerat libros, postea acriter defendit et ex-
plicavit. Censuris innotuit ab Archiepiscopo,
Sanctam Sedem appellavit: confirmata
à Romano Pontifice proprii Praelati sen-
tentia, novo atque haecenus inaudito in
Ecclesia circa res fidei fauore ad Concilium

oecumenicum provocavit, talique inminus ap-^{21.}
pellatione censuras et latam interdicti sen-
tentiam speravit.

In his temporum circumstantiis habi-
tum fuit Concilium Constantiense: illud au-
dacter adiit Joannes Hus, doctrinam agnovit,
eam contemnit sanam, instructionem efflagi-
tavit, ut locum disputationi daret, obsequi-
um nunquam promisit, nec animum retrac-
tationi paratum ostendit; unde convictus,
et pertinax, iudicii seculari traditus, persisten-
tiam et errores flammis expiavit.

Eodem proors modo vita cursum
confirmavit Hieronymus de Braga, fidus
Joannis Hus discipulus: accessit quippe à
Concilio Constantiensi, errores, quos tuebatur,
ejuravit primum, sed ad vomitum rediens, et
in secundo lapsu pertinax, igne concrematus
obiit.

Utroque Wilefiana heresicos duce in-
terempto, in varias discipuli divisi sunt sec-
tas, donec Lutheranis et Calvinistis conjuncti
fuerint, tum enim evanuit Wilefitarum
Sive Husfitarum Ecclesia.

S. Sextus

10.

De Lutherò et Calvinò ac
eorum Sectatoribus.

Anno 1483. Islebii in Saxoniâ plebe-
is parentibus natus est Martinus Lutherus: hu-
manioribus litteris imbutus, Erfordiam se con-
tulit, ubi Ordinem Eremitarum S. Augustini
professus est. Inde Wittembergam translatus,
post Actus Academicos Lauream Doctoralem con-
secutus est, ac Theologiae Professor creatus an-
no 1513. aetatis vero hinc 35.

Anno 1517. cum ab Alberto Sanctae Ro-
manae Ecclesiae Cardinali et Moguntinò Archi-

22. episcopo Dominicanis pro Augustinians pro-
vincia demandata ~~quod~~ fuisset promulgan-
di novas indulgentias, occasione imminen-
tis Turcarum in Germaniam irruptionis,
à Leone X. concessas; id agrè admodum fe-
rens Lutherus, primum adversus indulgen-
tiarum dentatam abusum Debaehari coepit;
deinde contra ipsarum Substantiam; tum
adversus justificationem, Sacramentorum
efficaciam, aliisque plurima fidei dogmata.

Annò 1518. in jus vocatus à Cardinali
Cajetano Summi Pontificis in Germania Le-
gato, Augustam venit; cumque ipsi in erro-
ribus pertinacii censure minaretur Legatus,
ad Pontificem appellavit, clamque se Augus-
tâ subduxit: ac postea cum audiret, processum
suum Romæ continuandum fore; à Summo
Pontifice ad futurum Concilium generale ap-
pellavit.

Annò 1519. publice per multos dies
Lipfis habita sunt concertationes Lutherum
inter et celeberrimum Eckium, presente Geo-
gio Saxonie Principe, constitutisque Scribis
ex utraque parte, qui dicta exiherent. In his
disputationibus Eckius egregiam de Lutheri
victoriam reportavit, qui multoties inter-
disputandum obmutuit. Hoc ipso annò
Faulitates Coloniensis et Lovaniensis, que
pro Eckii parte iudicium tulerant, censuram edi-
dere in plura Lutheri dogmata: in hos aliosque
sibi adversantes Catholicos Doctores, variis edi-
tis mordacibus libellis acerrimè insurrexit Luthe-
rus.

Annò 1520. Eckius Romam perrexit ad

24. ta. Horum Antesignanus merito recenseri potest Matthias Flaccus Illyricus, Centuriarum Magdeburgensium praeipuus editor. Inter rigidiores Lutheranos etiam numerari possunt Osiander, Brentius, Calixtus et alii.

Secunda est molliorum Lutheranorum, hoc est eorum, qui Lutheri placita in nonnullis emollire conati sunt. Quibus praevisse censei potest Philippus Melancton, qui Confessionem Augustanam composuit; unde Confessionista et moles Lutherani dicti sunt, qui eam sequuntur. Confessio haec Augustana nihil aliud est, quam fidei professio à Lutherò primum 27. articulis proposita, deinde à Melanctone 11. articulis emollita, amplificata et meliorem in formam redacta, sicque Carolo V. Imperatori anno 1530. in Comitibus Augustanis oblata à Germania Principibus, aliisque ipsis adherentibus. Hi Superiore anno 1529. in generalibus Spira Comitibus, contra decretum, quo praeiuebatur Catholicae Religionis professio, protestati fuerant; unde et primum Protestantes dicti, et ceteri deinceps eis adherentes.

Tertia est Sacramentariorum, qui à doctrinà Lutheri circa Eucharistiam recedentes, profitentur in Eucharistiâ Christi corpus non esse nisi in signò. Horum primum creditur Carolstadius Diaconus Wittembergen- sis, cui se se adiunxere Dwinglius, et Ocolampadius. Hi Calvinianam heresim praeformaverunt, de quâ mox loquemur.

Quarta est Anabaptistarum, qui praeter cetera Lutheri dogmata, docent Baptisma parvulis nihil prodesse, eosque proinde

si baptizati fuerint, iterum esse baptizandos^{25.}
dos, quando ad adultam aetatem pervenire.
Hujus sectae in varias postea divisae auctor fuit
an. 1522. Balthasar Baiimontanus, vel, ut
probabilius credunt alii, Nicolaus Storkius.

Quinta tandem eorum est, qui Adia-
phorista seu Indifferentes dicuntur; quales
fuerunt de molliorum Confessionistarum
classe Wittenbergenses et Lipsienses Theologi,
qui ne dum Ecclesiae caeremonias, Conciliorum
Constitutiones, sed etiam et Sacramenta om-
nia ad salutem indifferentia esse contendebant,
ita ut unicuique liberum esset pro bono pacis
illis uti vel non uti.

Similis profuvis Heresiarcha fuit Joann. 12.
nes Calvinus, à quo Calvinista, atque post Lu-
therum omnium hae aetatis Heresiarcha-
rum facile princeps. Is Novioduni* anno * in Picardia 3
1509. parentibus Catholicis natus est.

Lutetiam Studiorum causa missus,
in Marchiano Collegio primum, deinde in
Montis aucti gymnasio, humanioribus lit-
teris et Philosophia operam dedit. Ber-
atō suorum Studiorum deursu in patriam
reversus est. Inde paulo post ad Jurispruden-
tia Studium animum applicuit Aurelia pri-
mum, deinde Biturigi, ubi cum Wolmaro
Lutherano occulto, amicitiam inivit, à quo no-
va hereseos principia didicit. Parisios
rediens cum Lutheranis clandestinos conven-
tus agentibus familiaritatem junxit, pra-
sertim cum Nicolao Copo Parisiensis Acade-
mia Rectore nova doctrina principis affla-
to: cum autem Joannes Morinus rerum ca-
pitalium Index integerrimus in Novatores,
et in primis in Copum ac Calvinum ipsum

26. inquireret, uterque clam secedere cogitur. Calvinus variis mutatis sedibus in Gallias, cum Franciscus I. Rex Christianissimus in Sacramentarios igne animadverteret, supplicii metu regno excessit, ac Basileam se recepit versus an. 1535. Ibi famosum perinde ac exitiosum edidit Institutionum Opus, in capita primum, deinde in posterioribus editionibus in quatuor libros distributum. Opus illud ex Melanthonis, Brentii, Oecolampadii, aliorumque Sectariorum libris magna ex parte exscriptum fuit, sed nova methodo, ac purioris latinitatis elegantia adornatum. Deinde in Italiam ad Ferraria Duissam Novatorum causa faventem profectus est: ex Italia cito in Galliam regressus, rebus omnibus suis compositis, Genevam pervenit circa annum 1536. ibique domicilium fixit.

Anno 1539. à Magistratu Genevensi, non Concionator tantum, sed et Theologia Professor eligitur: tum plurima edidit opuscula pestiferis suis erroribus referta. Variis subinde exortis ~~interdictionibus~~ Bernenses inter et Genevenses, necnon inter Genevenses ipsos, ob quae ejectus ab ipsis est, discedens, Argentoram se recepit, ibique Theologia Professor constituitur, inde Ratisponam missus, ut ibidem Colloquiis ad levandas Religionis lites institutis interesset. Interim à Genevensibus iterum expetitus illuc anno 1541. rediit, atque in eà civitate omnem sectae suae disciplinam, probante Senatu, constituit, legesque praescripsit, à quibus postea discedere nec ipsis Ministris nec Civibus licitum esset. Eodem anno edidit Catechismum gallicè et

Latine, in quaestiones et responsiones Distri-
 butum, quem plurimum semper fecerunt Cal-
 vinista: huic addidit precum Ecclesiastica-
 rum et administrandorum Sacramentorum
 formulam. Anno 1542. mordaci libello,
 quem Antidotum inscripsit, 25. articulos
 Saevi Facultatis Barisiensi contra Luthera-
 nam heresim confutare aggressus est. An-
 no 1546. alterum scripsit impium Antido-
 tum adversus Concilii Tridentini Sessiones
 septem jam celebratas: paulo ante virulen-
 tissima evulgaverat Scholia in Pontificias lit-
 teras à Paulo III. ad Carolum V. Imperatorem, occa-
 sione Interim* directas.

Annis 1550. et 1551. acerrima exorta
 est Calvinum inter et plerosque Ministros Gene-
 venses contentio de praedestinatione. Ea occa-
 sione scripsit librum De aeterna Dei praedestina-
 tione, et libellum De Scandalis. Anno 1552.
 Michaëlem Servetum ad Magistratum detulit
 ac vivum cremari procuravit ob aertas in SS.
 Trinitatem hereses. Anno 1554. Commu-
 nistris omnibus subscribentibus, Serveti errores
 confutavit, atque hereticos à Magistratu jure
 gladii comprimendos esse demonstravit. An-
 no 1558. adversus Valentinum Gentilem, Lau-
 cinum Socinum, et Georgium Blandratam SS.
 Trinitatis hostes egit. Anno 1562. totius
 Suevicae nomine Confessionem edidit, Impe-
 ratori et Germaniae Principibus in Comitibus Fran-
 cofordiensibus offerendam: in eà Confessione
 impia sua doctrina vixis ac vitide ex-
 ponit. Tandem anno 1564. aetatis vero sua
 54. variis gravissimisque morbis vexatus, mi-
 serissime vitam posuit ac interit, testibus
 Lindano in Dubit. Dialogo 2.° Santhesio,
 Bapivio, Bolseco et aliis.

* Interim, formulare
 est aliquot fidei arti-
 culorum promulgatum
 ab Imperatore Carolo
 V. in Imperii Comitibus
 Augustae an. 1548. cui
 ut se Protestantes sub-
 mitterent praecipiebat.
Interim nunquam
 est, quia ad tempus
 tantum valere debebat,
 donec videlicet Conci-
 lium Generale Religio-
 nis Synodica Definitione
 sua comprehenderet.
 Idud improbavit Pau-
 lus III. Papa, plerique
 Protestantes in omnes,
 exceptis aliquibus Civi-
 tatibus, quas Impe-
 ratoris mina terrue-
 rant, haud acceptave-
 runt. Porro istud
 fidei formulare om-
 nia fidei Catholicae
 dogmata comprehen-
 debat, excepto, quod
 Protestantibus Minis-
 tris matrimonium,
 et laicis sub utraque
 specie communionem
 permitteret.

Lutheri et Calvini necnon eorundem
 Sectatorum praecipui circa eam, quam huius
 tractamus, materiam errores hi sunt. 1^o
 Deum Decreto antecedenti, positivo immutabi-
 li ac necessitate imponente, alios praedesti-
 nare ad vitam, tum primam, tum secundam,
 id est, tum fidem justificantem, tum gloriam;
 alios vero praedestinare ad mortem, tum primam,
 tum secundam, id est, peccatum et poenas eter-
 nas. Unde constat Praedestinationum errores
 ab ipsis renovatos fuisse. 2^o Gratiam
 sanctificantem, aliaque dona primo homini
 in statu innocentiae concessa, ipsi fuisse propriae
 et virtutis naturalia, eo videlicet sensu, quod
 ipsi debita fuerint ratione justitiae et miseri-
 cordiae divinae, sintque partes, appendices natu-
 ra, et primordia naturalia. 3^o Conu-
 pscientiam, ipsorumque concupiscentia motus re-
 ipsa esse peccata; idque non solum in non rege-
 neratis, sed etiam in renatis; imo concupiscentia
 sit ipsum peccatum originale. 4^o Omnia
 Justorum opera etiam ex objecto et fine bona
 esse peccata. 5^o Omnia peccata ex na-
 tura sua esse mortalia, ac proinde aeternis poe-
 nis digna; esse autem venialia, ex benignitate
 dumtaxat et misericordia Dei, eo justis non im-
 putantis. 6^o Per gratiam voluntati
 necessitatem inferri, adeo ut haec sub illius mo-
 tione necessario agat, nec in ipsius potestate
 sit morienti gratia obtemperare vel refragari,
 sed necessario obtemperet, quamvis non coacte,
 sed sponte id faciat. 7^o Voluntatem,
 assentiendo Deo vocanti, nihil ex se ipsa coope-
 rari; hoc est, nihil vi propria et partiali virtu-
 te, quantumvis per gratiam elevata, agere,
 sed Deum esse causam totalem et adequatam
 consensus, quem in voluntate et per voluntatem

operatur. 8^o Vim et energiam gratia 29.
ex victrice, Superiori ac necessitante Selectatio-
ne Desumi. 9^o Non aliam in presenti
statu gratiam admittendam esse, quam effica-
cem invincibilem et insuperabilem, cui volun-
tas reluctari non possit; unde verè et proprie
sufficientem, cui resistitur, omnino repudi-
ant ac rejiciunt. 10^o Per peccatum
voluntatem amipise activam indifferentiam
flectendi se ad partem alterutram; adeoque jam
non esse in homine liberum arbitrium, sed
esse duritiam vacuum sine re titulum. 11^o
Non dari in arbitrio libertatem à necessitate,
sed tantum à coactione. 12^o Aperta
triplicis generis fide, historica scilicet, quâ fir-
miter credimus vera esse, quæ in Scripturis con-
tinentur. Fide miraculorum, quâ fiunt mira-
cula. Et denique promissionum, quæ versa-
tur circa promissiones divinas de remissione pec-
catorum, et justitiâ per Christum consequendâ,
quam subdistingunt in generalem, quâ credi-
mus promissam esse omnibus credentibus sa-
lutem; et specialem, quâ unusquisque pro-
missionem divinam sibi applicans credit, si-
ve potius certò confidit, peccata omnia per Chris-
tum sibi esse dimissa, in quâ proinde fide seu
firmâ persuasionem et fiduciâ putant consis-
tere veram fidem christianam, theologiam,
et justificantem, ita ut utraque alia fides
proprie appellari non debeat fides; tumentur
per hanc fidem, seu firmam specialem mise-
ricordie fiduciam, et quidem solum homi-
nem justificari, eique soli justificationem
esse adscribendam. 13^o formalem
nostra justificationis causam non esse aliquid
intrinsecum et nobis realiter inherens; sed eam
formaliter consistere vel in imputatione justi-

30. tia Christi; vel in ipsa essentiali Dei justitiâ nos
 inhabitante; vel in solâ remissione, idest, in
 non imputatione peccatorum. 14^o Unum-
 quemque posse ac debere certum esse certitudi-
 ne fidei Divinae, sibi remissa esse peccata, ac
 proinde verè justum esse. 15^o Justifi-
 catos omnes aequaliter esse justos, quia unâ eâ-
 demque Christi justitiâ per fidem apprehensâ
 atque à Deo imputatâ omnes justificantur,
 ut inquirunt. 16^o Opera bona ad sa-
 lutem non esse necessaria, sed solâ fide justi-
 ficari et salvari homines. 17^o Manda-
 ta Dei esse planè impossibilia homini, etiam
 justificato, quantalibet gratiâ instructo; at-
 que inde colligunt, nullam esse in nobis veram
 actualem justitiam, sed omnia justorum ope-
 ra esse peccata mortalia ex naturâ suâ.
 18^o Afferunt bona justorum opera nullate-
 nus esse meritoria vite et salutis eterna.
 Haec Lutherus passim in suis Operibus, ut in cap.
 3. genes. In Assert. art. 2. 3. 26. 27. lib. De
 servô arbit. In assert. art. 36. Serm. Domi.
 Quadrag. In c. 2. ad Galat. Assert. art. 11. lib. De
 capt. Babyl. Assert. art. 31. et 32. ut et
 Calvinus passim etiam, praesertim in libris
 Institutionum Christianae Religionis, lib. 1. c.
 16. 17. lib. 2. c. 1. et 3. p. In Antidoto Cone.
 Trid. ad Can. 4. Sess. 6. lib. De aeternâ predes-
 tinat. lib. 5. et 6. De lib. arb. contra Bingham.
 atque post eos eorum sequaces. Qui-
 bus post Magistrum suum lib. 3. Instit. c. 2.
 11. et 16. In antidoto Cone. Trid. ad c. 13. et 14.
 Sess. 6. Calvinista haec tria sibi specialia ad-
 dunt dogmata. 1^o Fideles omnes posse ac
 debere certos esse certitudine fidei Divinae, non
 solum de presenti gratiâ atque justitiâ, uti
 censent Lutherani; sed etiam de suâ perseve-

Prim. yyy.
 pag. 19.

tantia, praedestinatione, ac electione ad gloriam. 31.

2^o. Fidem et justitiam propriam esse electo-
rum, et semel verè acceptam non posse alia ra-
tione omitti; et qui ab eâ exidere videntur, nun-
quam ea verâ eam habuisse.

3^o. Baptisma
non esse medium ad salutem necessarium, ut
contendebant Lutherani; Fideliumque pue-
ros sine Baptismo decedentes salvari, quod sanc-
ti sint et Ecclesiae membra, et in foederis here-
ditatem, statim ac geniti sunt, à Deo exi-
antur. Itaque tradit Calvinus, lib. 4. Instit.
c. 15. §. 20. adeoque eos esse praedestinos,
quia gratia adoptionis, ~~intra~~ qua proors in-
amissibilis est, instanti nascuntur. p.

Porro factis Calviniana, non lecus ac Lu-
therana, pro naturâ sibi et conditione in-
juncta haereseos in varias sectas lapsa est,
quarum tres sunt praecipuae.

Prima eorum omnium est, qui pura
Calvini sectantur dogmata, quales sunt 1^o Ge-
nevenses. 2^o Reformati in Gallia, in Bala-
tinatu, Belgio, Helvetiâ. 3^o Presbyteria-
ni, Puritani, Independentes in Angliâ et
Scotiâ.

Presbyteriani Puritani, et Indepen-
dentes, non Dissentiunt in Confessione Fidei;
at in Ecclesiasticis regimine, ut ita loqua-
mur, nonnihil à se invicem Dissident. Etsi
enim utrorumque cœtus regant Presbyteri,
attamen Puritani, qui se Calvinistas refor-
matos jactitant, majorem pro se ferunt here-
ritatem in externâ disciplinâ, atque statas
et Solemnes Ecclesiae ceremonias pertinacius
repudiant; unde ipsis Puritanorum nomen
datur. Independentes verò ab utrisque
Dissident, quod unamquamque particularem
Ecclesiam sui juris faciunt, nec alii ulli sub-

32. jectam aut subordinatam contendunt; cum è
contra tum Presbyteriani tum Puritani, jux-
ta ea, quae sanita sunt c. s. Disciplina Ecl.
reformat. art. 13. Ecclesias particulares Collo-
quiis, Colloquia Synodis Provincialibus, has Sy-
nodis Nationalibus subiciant; et qui eorum
Decretis obtemperare renuunt, ex Ecclesia eji-
ciendos pronuntiant.

Secunda est Anglo-Calvinianorum: nec
merè Lutherani sunt nec Calviniani; sed hi
proprie dicuntur, qui adherent congeriei ero-
rum, quos Cammer Lutheranus, Dux de
Somerset Zwinglianus, Regina Elisabeth
Calvinismo favens, Schismati Henrici VIII. ad-
didere, servatis semper nonnullis ad hierar-
chiam pertinentibus; unde diti sunt Epis-
copales. A Presbyterianis, Puritanis, ce-
terisque reformatis differunt tum in qui-
busdam dogmatibus, tum in disciplina; si-
quidem Episcopos agnoscunt non solum ordi-
ne, sed et jurisdictione Presbyteris jure di-
vino superiores; Quam non modo honorant,
sed ejus signum Sacramentis et imprimis
Baptismo adhibent: quae certè à doctrinà
et praxi Puritanorum prorsus sunt aliena:
Summum Ecclesiae Anglicanae gubernatorem
et caput Regem agnoscunt, cui plenitudinem
potestatis Ecclesiasticae inesse contendunt.
De quo legi potest Bossuet. lib. 4. et 10. Variat.

Tertia est Arminianorum: hi
ortum duxerunt à Jacobo Arminio Minis-
tro Amstelodamensi, qui postea creatus
fuit Theologiae Professor in Academia
Lugdunensi Bataavorum. Is multa fun-
damentalia Calviniana doctrinae capita,
circa materiam de predestinatione, de

gratia et libero arbitrio, de justificatione, ^{33.}
disputationibus ac scriptis confutavit, atque
Catholicorum, aut saltem Lutheranorum seu-
tus fuisse videtur, quoad ea, sententiam.
Adversarium expertus est Gommarum ejus-
dem Academia Professorem et Juriorum Cal-
vini dogmatum propugnatorem acerrimum.
uterque suos habuit sectatores: hinc *Ley- *Lugdunensis Bata-
densis primum Academia, tota deinde Ba-
tavorum
tavia varia in studia, partisque lissa est.
Ad hos componendos motus decretata est Syno-
dus Nationalis, qua Dordrechtii habita
est anno 1618. In hac celeberrima Refor-
matorum Synodo damnata sunt quinque
famosa doctrinae Arminianorum capita
1^{um} circa predestinationem, quam nullo
absoluto Dei decreto imminam tuebantur.
2^{um} circa Redemptionem humani gene-
ris, quam universalem fuisse, atque pro
omnibus omnino hominibus à Christo factam
predicabant. 3^{um} et 4^{um} circa gratiam,
quam ad omne opus bonum necessariam
esse dicebant, non solum ad illud perfici-
endum sed etiam iniipiendum; ei tamen
resisti posse. 5^{um} circa perseveran-
tiam definebant, Deum veris fidelibus
regeneratis per suam gratiam largiri me-
dia, quibus se in hoc statu conservent,
quod possint veram fidem ~~omittere~~ justifi-
cantem amittere, et in peccata cum justifi-
catione incompatibilia labi, imò in fla-
gitia atrociora, atque in iis perseverare,
ac mori, necnon etiam ab iis per poeni-
tentiam resurgere, quin tamen gratia
eos ad id agendum cogat. Hæc, inquam,
quinque Arminianorum capita damna-

34 vit Synodus Dordrechtana, ipsosque Arminia-
nos latâ sententiâ omni Eclesiastico mu-
nere interdixit, atque ab officiis suis abdic-
vit, p. p.

Arminiani Deinceps etiam Re-
monstrantes appellati sunt ob libellos Sup-
plex Ordines Hollandia et Synodo Dor-
drechtanae oblatos, in quibus sepe Re-
monstrantium nomine se indignant: Sic
ti insuper molles Calvinista, ob emollitam
Calvinianorum dogmatum duritiem: Gom-
maristas, ipsorum adversarius, Contraremons-
trantium et rigidorum Calvinistarum no-
men datum. Inter Arminianos, eminent
proter Arminius, Episcopus, Grotius, p.
Inter Gommaristas, proter Gommarum,
Sculetus, Breytingerus, Hermannus, Bo-
lyander, p.

15.

S. Septimus.

De Michaële Bajō.

Michaël Bajus natus perhibetur Meli-
ni, quod est oppidum Belgii in territorio Athen-
si anno 1513. Laureâ Doctorali donatur in
sacra Facultate Theologica Lovaniensi an. 1550.
An. 1552. Sacrarum litterarum Professor insti-
tuitur, quod munus per integros ferme qua-
draginta annos exercuit. Anno 1564. è Con-
cilio Tridentinô, ad quod missus fuerat à Phi-
lippô secundo Hispaniarum Rege, redire edi-
dit in variis Opusculis et divulgavit 76. propo-
sitiones, quarum secunda sic se habet, Nul-
lum est peccatum ex sua natura veniale, sed
omne peccatum meretur aeternam poenam.
21^{ma} Humana natura sublimatio
et exaltatio in consortium divinae naturae

35.
debita fuit integritati prima conditionis, et
proinde naturalis dicenda est, et non supernatu-
ralis. In qua propositione sequitur 54^a. Deus
non potuisset ab initio talem creare hominem,
qualis nunc nascitur. 35^a. Omne, quod agit
peccator vel servus peccati, peccatum est.
Cui propositioni respondet 16^a. Non est vera
legis obedientia sine caritate. Et 40^a. In
omnibus suis actibus peccator servit dominan-
ti cupiditati. Ex quibus principis conun-
tur tres sequentes propositiones, scilicet 53^a.
que sic jacet: Definitiva haec sententia, Deum
homini nihil impossibile praecipisse, falso at-
tribuitur Augustino, cum Pelagii sit. Et 65^a.
Sola violentia repugnat hominis libertati na-
turali. Et 66^a. Homo peccat etiam damna-
biliter in eo, quod necessario facit. Damna-
tas has et alias usque ad 76. propositiones à
Bis V. Calend. Octob. an. 1567. et à Gregorio
XIII. 4^{to} Calend. Februarii an. 1579. revocavit
Solemni et publico scripto ipse Bajus, die 24.
Martii an. 1580. Diem extremum obiit an.
1589. die 16. Septemb. annos natus 77.

S. Octavus.

16.

De Jansenio Ypren-
si Episcopo.

Cornelius Jansenius ex Catholicis paren-
tibus in territorio Leerdamensi apud Bata-
vos natus an. 1585. Ultrajecti litteris humanis-
ribus, Lovanii Philosophia et Theologia
operam dedit. Ibidem an. 1621. Theolo-
giae Doctor creatus, subinde in eadem Aca-
demiâ Regius Sacerdotum litterarum Professor
institutus est an. 1630. Anno 1635. Episco-
pus Yprensis consecratus, tertio ab inaugura-
tione anno, nempe 1638. 6. maii luc extingui-
tur. Morti proximus extremam et moribun-
dam manum Operi, cui conficiendo 22. annos

36. impendat, admovit. Illud grandiori volumine
 * Primus Tomus de ha- tribus Tomis distincto Augustinus inscripfit, quod
 vari Pelagianâ libros confidat se peram S. Augustini doctrinam à quin-
 orto complectitur. gentis formâ annis 1: ut putat lib. prosem. c. 28.
 Secundus, quatuor par- et 30: Catholicis Scholis ignotam revocare. Illius
 tes continet; prima unicum librum habet
 de ratione et autori- edendi curam, morti proximis, Capellanus suo im-
 tate in rebus Theologi- posuit; atque in sua Suprema voluntatis tabu-
 cis. Secunda pariter lis unita sua Opera Sedis Apostolica iudicio sub-
 unicum librum habet misit, adeoque et Augustinum suum. Liber
 de statu naturæ inno- misit, altero post ipsius obitum anno, videlicet,
 centis. Tertia quatuoriste 1639. typis mandatus hunc aperit, vel ut alii
 libris continetur de sta- volunt an. 1640. Lovanii, communi Catholico-
 tu naturæ lapsæ. Quar- rum offensione, ut qui in eo Baji et Calvi-
 ta tres complectitur li- ni proscripita dogmata contineri censerent.
 bros de statu naturæ pu- re. Tertius Tomus
 in duas partes dividi- in proscripita dogmata contineri censerent.
 tur. 1^a continet 10. libros De ad Sedem Apostolicam delatâ,
 de gratiâ Christi. 2^a unicum de Masiliensibus.
 * id est 6^{ta} Martii

Urbanus VIII. pridie nonas Martii*, an. 1642.
 Solemni Constitutione, qua inquit, In eminenti,
 hunc librum proscripfit; sed cum eâ motus et
 dissidia, qua liber iste evitaret, nondum sedâ-
 ta et extincta viderentur, an. 1551. Octoginta
~~Gallicani~~ Episcopi quinque Galliarum Episcopi
 quinque ex eodem Jansenii Opere excerptas
 propositiones ad Innocentium X. detulerunt,
 rogantes ut de iis solemne ferret iudicium.
 Quam fideliter autem ex eodem libro excep-
 ta fuerint à Gallicanis hinc Episcopis patet ex
 sequenti Schemate sic disposito, ut in primâ
 columna corrantur famose illa Propositiones,
 et in alterâ ex opposito legantur ipsiusmet Jan-
 senii textus ex bene multis selecti.

17. Propositiones Jansenii textus.
 ex Libro Jansenii excerpta.

<p>1. <u>Aligra Dei præcepta</u> <u>hominibus justis volen-</u> <u>tibus et conantibus se-</u> <u>cundum præsentis, quas</u></p>	<p>I. Lib. 3. de gratiâ Sal- vatoris c. 13. sic legitur longe post medium. Hæc igitur omnia plenissi- me deus <u>deus</u> restituit <u>restituit</u> pla-</p>
--	--

habent vires, sunt impro-
babilia, deest quoque idis
gratia, quae possibilia fiunt.

37.
nihil esse in S. Augustini
doctrina certius ac fun-
datus, esse procepta
quorundam, quae hominibus

non tantum infidelibus, excelsatis, induratis, sed
fidelibus quoque, et justis, volentibus et conan-
tibus, secundum praesentes, quas habent, vires,
sunt impossibilia, deesse quoque gratiam, quae
possibilia fiunt.

II.

Interiori gratia in
statu naturae lapsae nun-
quam resistitur.

II.

Lib. 2. c. 25. Haec est
vera ratio, cur nulla om-
nino medicinalis gratia
Christi effectu suo care-

at: sed omnis efficit, ut voluntas velit, et ali-
quid operetur. Et c. 27. Nihil verius dici po-
test, quam quod omnia, quae haecenus protu-
limus de gratia efficaci, Augustinus dixerit
et intellexerit; cuius rei causa est, quod nullam
agnovit actualem Christi gratiam*, nec agnos-
cere potuerit.

* nisi efficacem subiet.

III.

Ad merendum et de-
merendum in statu na-
turae lapsae, non requi-
ritur in homine liber-
tas à necessitate; sed
sufficit libertas à coac-
tione.

III.

Lib. 8. de gratia Chris-
ti Salvatoris c. 20. sic
scribit Jansenius: Res-
pondetur, quamdiu hie
vivimus, sive in infi-
delitate ante gratiam,
sive jam sub gratia, in-
differentiam ad contra-

ria semper inesse libero arbitrio; sed non eo
modo, quo isti Scholastici putant, quos supra
diximus; hic Theologos Catholicos intelligit: qui
quocumque modo arbitrium, sive gratia, sive
peccati delectationibus imbuatur, semper ex-
istimant cum utraque ejus dispositione posse
fieri, ut utrumlibet velit sive bonum, sive
malum. Quo autem sensu accipiat illam

38. indifferentiam ad contraria, mentem suam aperit
 in Deum Capitis, ubi sic habet: quia quantum
 unquam ad peccandum peccati voluptate tractatur
 manet in arbitrio, id est saltem naturalis flexibi-
 litas, seu capacitas, quae scilicet vel per concupis-
 centiam, vel per gratiam flecti potest, quamvis
 per utramque necessario determinetur. Et cap.
 21. obiit sibi, Calvinum non negasse istam
 gratia et liberi arbitrii concordiam, ut pote
 qui doceat hominem gratia obsequi volunta-
 ric. Tum respondet: Non omnia, quae here-
 tici docent, sunt haeretica.... quod si qua in
 re Calvinus cum Augustino et antiquis Patri-
 bus senserit, non propter Calvinum Augustino
 indignandum, sed propter Augustinum Cal-
 vino potius gratulandum. Sed arguit Cal-
 vinum, quod in eiusmodi voluntario, quam-
 vis necessario, non agnoverit liberum arbi-
 trium, boni et mali electionem, consenti-
 endi potestatem, quae re vera cum necessita-
 te non consistunt. Unde patet, Jansenium
 à Calvinò differre duntaxat in modo loquendi.
 Lib. 4. de Statu natura lapsa c. 20. et 21. ubi
 sibi obiit tum S. Augustinum sic definitem,
Peccatum est voluntas retinendi vel consequen-
di, quod justitia vetat, unde liberum est abs-
tinere: tum propositionem à Summis Pon-
tificibus in Baiò damnatam; homo peccat
etiam damnabiliter in eo, quod necessario
fuit. Respondet, haec intelligenda esse de
 peccato, quod non est poena peccati, quale
 fuit peccatum primi parentis, ad quod cum
 libere se determinaverit, necessitas inde conse-
 quens censetur libera.

IV.

Semipelagiani ad
 mittebant prevenien-

IV

Jansenius lib. 2. c. 12
 De gratia Christi salva-

tris gratia interioris necessitatis, sic scribit: Me-39.
sitatem ad singulos actus, memoria recolendum est,
etiam ad initium fidei: et in hoc erant
heretici, quod vel-
lent eam gratiam ta-
lem esse, cui posset
humana voluntas re-
sistere, vel obtempe-
rare.

Propositionis dua-
lunt partes. Prima est
historica, et ad factum
pertinet, nempe quod
Semipelagiani admi-
serint convenientis gra-
tia interioris necessi-
tatem, etiam ad initi-
um fidei. Secunda
est dogmatica, sili-
cet haeresim esse, si
dorceatur humanam
voluntatem posse in
hoc statu resistere vel
obtemperare gratia.

quod alio latissime
tradimus, Semipela-
gianos ad idud initium
fidei, orationes, desi-
deria, aliosque similes
actus, quos hominis in-
potestate remansisse
sentiebant, vero, in-
terna, actualisque gra-
tia adiutorium sta-
tuisse necessarium, et
hoc ipsum S. Augusti-
num, quando cum Se-
mipelagianis errabat,
admisisse, istam ve-
ro suam gratiam sen-
tiebant non semper
otiosam praebere po-
testatem..., sed ita da-
re credendi facultate-
tem, ut homo pro arbi-
trio sui libertate, gra-
tia iuvante crederet.

Lib. 3. c. 1. post medium:
Est adiutorium, quod Naphilienses ad credendum
necessarium esse, atque ita sufficere statu-
erunt, ut cum eo credere posset homo, si vellet:
qui tamen tanquam heretici proscripti sunt,
non aliam sane ob causam, nisi quia tabe-
auxilium homini sufficere putarent.

V.
Semipelagianum est
dicere, Christum pro om-
nibus omnino homi-
nibus mortuum esse,
aut sanguinem fuisse,
sed mortuus est dum-
taxat pro salute pra-
destinatorum.

V.
Lib. 3. De gratia Chris-
ti Salvatoris c. 21. sic
habetur: Ita extensio
tam vaga modernorum
Scriptorum non ex
alio capite, quam ex
ista generali et indif-
ferente voluntate.

Duae quoque sunt hujus propositionis partes. Prima, quod Semipelagianum sit dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse. Secunda, quod mortuus sit duntaxat pro salute praedestinatorum.

Dei erga salutem omnium, et ex illa sufficientis gratia omnibus conferenda preparatione fluxit, quorum utrumque Augustinus, Prosper, Fulgentius, et antiqua Ecclesia velut machinam à Semipelagianis introductam repudiavit.

Verbis autem immediate praecedentibus definit Christum non esse mortuum pro aliorum salute, quam praedestinatorum: Nullo modo, inquit, principis ejus / Augustini / consentaneum est, ut Christus Dominus pro infidelium in infidelitate morientium, vel pro justorum non perseverantium aeterna salute. Nota nomen aeterna salutis, non enim negat, Christum pro reprobis mortuum esse, pro ad gratias temporales: mortuus esse, sanguinem fuisse, seipsum redemptionem dedisse, Patrem orasse sentiatur. Scivit enim quis quisque jam ab aeterno praedestinator erat, scivit hoc decretum, neque illius pretii oblatione mutandum esse, nec seipsum velle mutare. Ex quo factum est, ut justa Sanctissimum Doctorem non magis Patrem pro aeterna liberatione ipsorum, quam pro diaboli deprecatus fuerit. Sed si quis pro illis rogavit Patrem, pro temporalibus quibusdam justitia effectibus rogavit, et pro eisdem obtinendis obtulit pretium, fuditque sanguinem suum.

Proditas quinque propositiones Innocentius X. auctoritate partibus pro et contra contendentibus, damnavit an. 1653. ultima Maji. Primam ut temerariam, impiam, blasphemam, ana

mam, anathemate damnatam, et hereticam. 41.

Sensus autem in quo damnata fuit, hic est: Aliqua Dei praecepta hominibus justis volentibus et conantibus secundum praesentes quas habent vires, sunt impossibilia impossibilitate physica et antecedente comparate et relative ad tales justos tali motu concupiscentiae affectos. Deest quoque illis gratia, qua vera in his circumstantiis possibilia fiant. Sensus vero Catholicus huic prima propositionis errori oppositus hic est: Nulla Dei praecepta, quando urget eorum observatio, impossibilia sunt hominibus justis volentibus et conantibus secundum praesentes quas habent vires; nec deest eis gratia vera sufficiens, qua completa et expedite possibilia fiant in iis circumstantiis, in quibus versantur.

Secundam damnavit Pontifex ut hereticam. Sensus in quo damnata est: In statu naturae lapsae gratia interior semper efficit in nobis omne bonum, quod efficere potest in iis circumstantiis, in quibus datur, et nunquam frustratur effectu ad quem hic et nunc datur. Sensus Catholicus eidem oppositus est: In statu naturae lapsae homines resistunt non raro gratiae interiori, eamque privant effectu, quem habere potest in iis circumstantiis, in quibus datur.

Tertiam velut hereticam damnavit idem Pontifex. Sensus in quo damnata est: Ad merendum et demerendum in statu naturae lapsae non requiritur libertas à necessitate physica, voluntaria et mutabili: sed sufficit libertas à coactione

42. ne, et à necessitate naturali absolutâ et immutabili. Sensus Catholicus eidem oppositus: Ad merendum et demerendum etiam in statu natura lapsa requiritur libertas ab omni necessitate simplici, physica, etiam voluntaria, mutabili seu variabili, in homine, modo circa bonum, modo circa malum.

Quartam damnat ut falsam et hereticam. Sensus, in quo damnata est: Gratia preveniens necessaria ad singulos actus salutares talis est, ut homo lapsus non habeat potentiam completam et expeditam faciendi et non faciendi bonum ad quod movet. Sensus Catholicus eidem oppositus hic est: Gratia preveniens talis est, ut homo lapsus habeat potentiam completam et expeditam ei consentiendi vel non consentiendi.

Quinta denique à laudato¹ Pontifice damnatur tanquam falsa, temeraria, scandalosa, et intellecta eo sensu, ut Christus pro salute duntaxat prædestinatorum mortuus sit, velut impia, blasphema, contumeliosa, divina pietati derogans, et heretica. Sensus in quo damnata est: Semipelagianum est asserere, Christum mortuum esse pro salute æterna omnium omnino hominum, et omnibus promeruisse gratias sufficientes, quibus salutem æternam consequi possint. Sensus Catholicus eidem oppositus: Est fidei dogma, Christum mortuum esse pro salute æternâ omnium

omnino fidelium; est primum ac Doctrina^{43.}
Catholica consentaneum est dicere, cum
mortuum esse pro salute aeterno omni-
um omnino hominum, quamvis non aequa-
liter, nec ex aequali affectu.

Porro Sensus illarum quinque
propositionum damnatarum à nobis
traditum, esse verum Sensem, in quo
damnata sunt, patet ex duabus sequen-
tibus regulis, quas Summi Pontifices
assignarunt ad cognoscendum Sensem
in istis quinque propositionibus dam-
natum.

1^a Regula. Quinque
hae propositiones damnatae sunt in
sensu à Jansenio intento in suo Ope-
re, id est, quem Jansenius tradit in
suo damnato opere, qui inscribitur
Augustinus. Nam ita declaravit
Alexander VII. in Constitutione ad instan-
tiam universi Cleri Gallicani die 15. feb.
an. 1665. emissâ.

2^a Regula. Sen-
sus Jansenii damnatus, est ipsemet Sen-
sus obvius quinque propositionum.
Nam Innocentius XII. in suo Brevis ad
Belgii Episcopos an. 1694. scripto declara-
vit eas damnatas esse in sensu obvio, quem
verba, quibus exprimentur, pra se ferunt.

Caput Tertium.

De diversis naturae Statibus
in ordine ad gratiam.

Statu nomine huius intelligitur, cer-
ta quaedam naturae humanae conditio in
ordine ad finem suum ultimum secundum
ordinationem divinae providentiae,
dividitur in Statum viae, et Statum

44. patria. Status via est, in quo tenditur ad beatitudinem, atque eorum, qui vitam mortalem agunt. Status patrie est is, in quo possidetur beatitudo, Beatorum in Coelis degentium proprius. Huius tantum de statu via agitur, qui bifariam dividitur, in eum scilicet, qui de facto existit, vel eternum existit; et in eum qui nunquam fuit, sed videtur possibilis.

19. Duo assignantur Status, qui existunt, nempe Status naturae innocentis, et Status naturae lapsae per Christi merita reparatae. Prior est ille, in quo creatus fuit Adam sine concupiscentia, sine ignorantia, expers mortis et miseriarum, cum gratia atque ordinatione ad vitam eternam.

Posterior vero is est, in quo nascimur post infaustum Adami lapsum, felicemque Mediatoris reparationem; in quo, etiam, sublato originali peccati reatu, omnes fere eius poenalitates ad agonem et virtutis exercitium in nobis remanent, videlicet, ignorantia in intellectu, malitia live pronitas ad malum in voluntate, infirmitas et concupiscentia in appetitu inferiori, ejusdemque rebellio contra superiorum; ipsa denique corporis mortalitas, et mortalitatis comites miseria.

20. Status, qui de facto nunquam existit, sed tamen esse potest, triplex vulgo statuitur: primus naturae integrae, in quo homo esset sine peccato et gratia ordinante ad finem supernaturalem; at non sine quodam auxilio naturali, indebito nihilominus meritis aut exigentiae naturae, quo immunis redderetur à desordina-

tis concupiscentia motibus, seu quo posset 45.
impedire, ne appetitus sensitivus contra ra-
tionem insurgeret.

2^o *Stus* *Natura*
pura; hic non alias differet à *Statu* *natu-*
ra *integra*, quam quod *Status* *iste* *admitte-*
ret *deordinatos* *concupiscentie* *motus*, *ut*
lumque *auxilium* *gratuito* *concepsum* *ordi-*
nis *naturalis*, quo *natura* *in* *officio* *contine-*
ri *posset*.

3^o *Stus* *Natura* *lapse*
ne *usquam* *reparanda*, in quo *scilicet* *post*
peccationem *Adami* *remanisset*
genus *humanum*, si *Deus* *miseriordia*
suâ *nostra* *miseria* *non* *consulisset* *per*
Christum, *aut* *per* *aliquod* *aliud* *remedium*,
ut *nos* *liberaret* *à* *peccato*.

De *Statu* *natura* *lapse* *per* *Christum*
reparata *prolixius* *in* *presenti* *Capite* *non*
dixerimus; *de* *eo* *enim* *in* *toto* *hujus* *Tra-*
tatus *Secundo* *dituri* *ex* *professo* *sumus*.

Non est etiam *ut* *hic* *multis* *aga-*
mus *de* *Statu* *natura* *lapse* *non* *reparata*:
non *existit* *quidem* *talis* *Status*, *ut* *per* *se* *pa-*
tet, *sed* *est* *maximè* *possibilis*: *opus* *enim*
redemptionis *non* *est* *opus* *debitum* *aut*
necessarium; *sed* *ex* *merè* *gratuità* *ac* *libe-*
râ *Dei* *bonitate* *procedens*; *quod* *constan-*
ter *et* *apertè* *tradunt* *Sacer* *textus*, *et* *SS.*
Patres.

Nuda *pariter* *specialis* *movetur*
difficultas *circa* *Statum* *natura* *integra*,
ejus *enim* *possibilitas* *abundè* *colligetur*
ex *dicendis* *de* *Statu* *natura* *pura*. *Tota*
igitur *controversia* *versatur* *circa* *Statum*
natura *innocentis* *et* *pura*.

S. *Primum*.

De *Statu* *Natura* *innocentis*.

Tria *potissimum* *investiganda* *hic* *oc-*
currunt, 1^o *nam* *An* *Adamus* *in* *actu* *libè*

46. justitiam originalem, ceteraque dona ipsi anne-
xa à Deo accepit. 2^o Dum An. hujusmo-
di dona homini innocenti debita fuerint ac
naturalia. 3^o tum Quodnam gratia
actualis genus ei datum ac necessarium fu-
erit ad bene agendum ac perseverandum.

Quantum ad id, num Negarunt olim Be-
lagiani Adamum in justitia originali con-
ditum fuisse, contenderuntque, eum,
absque peccato et gratia creatum fuisse,
atque etiamnum tales nasci nunc homi-
nes. Idipsum quoque Sociniani nunc
contendunt: *Sit contra illos*

22.

Conclusio Prima.

Primus Parens in justitia originali
conditus fuit.

Prob: Justitia Originalis hæc po-
tissimum includit; competentem rerum
cognitionem in intellectu; gratiam sancti-
ficantem in voluntate; subjectionem appe-
titus, et immortalitatem corporis. Atqui
Adamo hæc omnia concessa sunt. 1^o qui-
dem Adamus eâ rerum cognitione instruc-
tus fuit, quæ ipsius statum decebat. Disci-
plina Spiritus replevit illos, inquit de pri-
mis parentibus Eusebius c. 17. creavit
illis Scientiam Spiritus, sensu implevit cor-
da illorum: et bona et mala ostendit illis.

2^o gratiam sanctificantem ac-
cepit Adamus juxta illud Eusebius 7. Se-
cit Deus hominem rectum. Hæc autem
rectitudo vera fuit et interior sanctitas,
ut colligi potest ex Apostolo sic fideles ad-
hortante, Ephes. 4. Renovamini Spiritu
mentis vestre, et induite novum homi-
nem, qui secundum Deum creatus est

in iustitiâ et Sanctitate veritatis: quasi di- 47.

ceret; Per Christi merita eam inuente ius-
titiam et Sanctitatem, in quâ primus ho-
mo fuit à Deo conditus. Prout docent
Ss. Patres: imprimis verò S. Augustinus in
Operibus suis contra Belagianos. atque sup-
ponit Concilium Trident. Sess. 6. Can. 1.

3^o Appetitus Adami inferior ita
perfectè subditus fuit ejus rationi, ut
nusquam, in hoc felici statu, contra pres-
criptum ejus moveretur. prout exponit S.
Augustinus lib. 2. De peccat. meritis et re-
miff. c. 22.

4^o Denique Adamus
à Deo immortalis conditus fuit, id quia
moriendi necessitas est poena peccati, quam
Deus ipse primis parentibus interminatus
est, genes. 2. In quoumque die comede-
ris, morte morieris. Hinc Apostolus, Rom.
5. Per unum hominem, inquit, peccatum
intrauit in mundum, et per peccatum mors.

Prim. 727.
pag. 27.

2^o Id constat ex Conciliis. Concilium Mi-
leuitanum Can. 1. sic pronuntiat: Placuit,
ut quicumque dicit, Adam primum homi-
nem mortalem factum, ita ut siue pecca-
ret, siue non peccaret, moveretur in cor-
pore, hoc est de corpore exiret, non pec-
cati merito, sed necessitate nature, ana-
thema sit. His similia habentur in
Concil. Trid. Sess. 5. Can. 1. Constat
denique 3^o ex Ss. Patribus: Sufficiat S.
Augustinus, qui multis in locis veritatem
hanc tradit, præsertim lib. 6. De genes. ad litte-
ram, c. 25. ubi inter alia hæc habet: Mor-
talis ergo erat conditione corporis animalis;
immortalis beneficio creatoris.

Quantum ad 2^{um} dum illud affirmant 23.

48 Bai et Jansenii discipuli, post suos Magistros,
qui hunc errorem à Lutheo et Calvino hausisse
videntur. Justitia Originalis, inquit Luthe-
rus, in c. 3. genes. verè fuit naturalis.... hæc
tam naturalis fuit in Adamo, quam natu-
rata est, quòd oculi lumen recipiant. Et
paulò post, hæc probant justitiam origi-
nalem esse de natura hominis. Undè ibidem
infert, justitiã per peccatum amissã, non
mansisse integra naturalia, ut Scholastici
delirant. Similia tradit Calvinus, lib.
i. Instit. c. 15. contra eos lib.

24.

Conclusio 2^a.

Justitia Originalis, ceteraque gra-
tia dona ac beneficia primis parentibus
in ortu suo concessa, verè supernaturalia
fiere et ipsis propriis indebita, nec ubate-
mus dici possunt creatura sano et imo-
centi debita ac naturalia.

Prob. 1^o ex Scripturis, quibus cons-
tat dona gratia, ac præcipue gratiam
sanctificantem esse in ordine quodam
sublimiori superante omnem exigenti-
am et debitum nature rationalis. Per
quem / Christum / maxima, inquit S. Petrus
Ep. 2. c. 1. et pretiosa nobis promissa do-
navit, ut per hæc efficiamini Divina
consortes natura. 1. Joan. 3. Victæ,
inquit Apostolus, qualem charitatem
deridit nobis Pater, ut filii Dei nomine
mur et simus. His textibus dona su-
pernaturalia, atque imprimis gratia
sanctificans, designantur tanquam bene-
ficia longe superantia naturam huma-
nam, quibus nempe supra suam condi-
tionem ipsa exaltatur ad consortium
Divinitatis.

Prob. 2^o. auctoritate Bullarum 49.
Sui V. et Gregorii XIII. quibus Baji propo-
sitiones 21. 23. 24. 26. p. damnatae sunt, Ex
quarum praestim 26^{ta} qua sic habet:
Integritas primo creationis non fuit in-
debita natura humana exaltatio, sed na-
turalis ejus conditio, damnatione mani-
festè evincitur veritas nostrae Conclusio-
nis.

Prob. 3^o. ex S. Patribus. S. Atha-
nasius, Chrysostomus, Gregorius Nazianze-
nus, Cyprianus, Augustinus et alii tradunt
unanimitè, Adamum justitiae originalis
beneficio ad eam dignitatem erectum fuisse,
ut esset Deiformis filius Dei, consors divi-
nitatis, in ipsamque quasi transforma-
tus naturam divinam. Atqui non nisi
aburdè dici posset, tantam dignitatem ho-
mini esse naturalem et debitam.

Prob. 4^o. ex constanti Theologo-
rum doctrinà, qui praecunte S. Thomà,
communì consensu docent Status natu-
rae purae possibilitatem, ut S. sequenti os-
tendemus. Atqui hujus Status possibili-
tas manifestè supponit dona gratiae primo
homini concessa, minimè fuisse ipsi debi-
ta ac connaturalia.

Prob. 5^o. variis rationibus Theo-
logicis. 1^a petitur ex ideà gratiae. Gra-
tia proprie dicta est donum gratuitum
excludens omne debitum tum personae ex
merito actionum proveniens, tum natu-
rae ex conditione ac exigentià rei pro-
cedens, ut patet. Atqui justitia ori-
ginalis, ceteraque dona Adamo collata,
veri nominis gratiae fuerunt, prout do-
cent unanimiter S. Patres, praeceteris
S. Augustinus, lib. De concept. et grat. c. ii.
S. Cyprianus, lib. De dono patientiae. Ergo p.

2^a. Desumitur ex notione entis Supernaturalis. Ad ens Supernaturale, prout intelligitur ab omnibus Theologis, non sufficit, ut quoque modo superet activas naturas vires; alias creatio et conservatio animae rationalis in corpore humano organis suis instructis ac praeditis forent Supernaturales, cum tamen ei sint naturales. Duntaxat; sed insuper requiritur ut sit in ordine quodam sublimiori et supereminenti, ejusque productio et conservatio excedat exigentiam ac debitum totius naturae. atque talis fuit justitia Originalis, gratia Sanctificans, p. qua non modo activas naturas vires superat, sed est ordinis sublimioris et supereminentis, ejusque productio et conservatio excedit exigentiam ac debitum naturae excedit, haec enim propria sine ea esse potest, prout notum est. Ergo, p.

3^a. Possibilia fuerunt dona propria et stricta gratuita ac Supernaturalia, quae scilicet proini hominis, imò et totius naturae vires et exigentiam excederent, utique enim potuit Deus perficere naturam rationalem ultra naturalem ac debitam ipsius constitutionem. atque ex possibilibus donis talia sunt ea quae hominem reddunt filium Dei, deiformem, divinitatis consortem, p. qualia etiam sunt gratia Sanctificans, charitas, p. Ergo.

Confirmatur. Omnis creatura naturaliter est serva, juxta illud Psal. ii. Omnia serviunt tibi, et alibi; Dominus universorum tuus; Ergo quod aliqua creatura assumatur in adoptionem filiorum Dei, et in consortium naturae divinae, quod quidem fit per gratiam, superat omnem creaturae naturae conditionem, estque

provis gratuitum et Supernaturale, p. 51.

4^a Nuda datur, imò nec possibilis est creatura Supernaturalis, cui nempe intuitiva Dei visio sit connaturalis. Ergo neque ei connaturalia sunt ea, quae ad eandem intuitivam Dei visionem ordinantur ex se et essentialiter; ut gratia, Charitas.

5^a Inoad immortalitatem. Corpus humanum naturaliter constituitur ex principiis intrinsicis adversum se jugiter collutantibus, quae proinde, sedusà speciali et mirandosa providentià, inevitabili necessitate mortem induunt. Ergo Immortalitas primi hominis, ipsi provis indebita fuit ac Supernaturalis. Ita manifestè docet S. Augustinus, lib. De genes. ad litt. c. 25. Eadem quoque est sententia

S. Thomae, 1. 2. q. 85. a. 6. Ubi conceptis verbis aperit et probat, hominem naturaliter esse corruptibilem ratione corporis, et incorruptionem primi hominis non fuisse secundum naturam, sed ex Supernaturali Dei Dono.

6^a Quantum ad concupiscentiam.

1^o Immunitas à concupiscentià, seu obedientia vel subiectio appetitus sensitivi rationi, fuit in primo homine unum ex principiis iustitiae originalis donis ac beneficiis. Atqui, ut jam demonstravimus, dona iustitiae originalis homini innocenti provis indebita fuerunt et Supernaturalia. Ergo.

2^o Concupiscentia necessario fluit ex principiis naturae humanae; namque naturale est homini, quatenus corpus habet, concupiscere bonum sensibile; eadem verò, quatenus mente praeditus et rationalis est, necessario inert appetitus naturalis boni spiritualis.

52. Atqui si duo illi appetitus sibi relinquantur, impossibile fuit, ut non interdum appetitus sensibilis insurgeret contra rationalem; impossibile enim est, ut inter tot delectabilia objecta, quae sensibus occurrunt, non reperiantur plurima bono spirituali contraria: aliunde vero nisi appetitus sensitivus à causâ exteriori cohibeatur, in desiderium boni delectabilis, quod ipsi per sensus proponitur, necessarius et omni, quo valet, conatu erumpit; si quidem appetitus ille principium est necessarium ac minime liberum suorum actuum. Ergo, p. Ita docent S. Augustinus, lib. 4. cont. Julian. c. ult. ubi hanc à concupiscentiâ immunitatem Divino gratis beneficio adscribendam statuit. Et S. Thomas disertissimis verbis, 1. p. q. 95. a. 1.

7^a Quantum ad cetera corporis mala seu erumnas. 1^o Homo innocens, ut jam probavimus, condi potuit obnoxius morti. Ergo à fortiori obnoxius aliis miseris, quae sunt comites ac veluti appendices mortalitatis. 2^o Natura humana quantumvis innocens supponatur, suapte conditione sensitiva est et corporea, adeoque obnoxia externis agentium naturalium et liberorum impressionibus. Atqui externae impressiones necessario nonnunquam inferunt sensibus molestiam. Ergo.

3^o Beata Virgo ab omni probris peccato immunis, imò et ipsemet Christus, obnoxii fuere miseris corporeis. Ergo possunt mala corporea absque previo peccati merito hominem innocentem affligere. Hinc

merito damnata fuerunt 72. et 73. Baii pro^{53.}
positiones, quae negant, quemquam posse
affligi, nisi propter peccata.

Quod tertium attinet, quo scilicet 25
queritur, quoniam gratia auxiliis indi-
querit Adamus innocens; Lutherus et
Calvinus agnoscunt gratiam Status in-
nocentiae permissam fuisse libero arbitrio,
eamque gratiam sanitatis, quia primo
homini sano collata fuit, cui potius assen-
tiri vel resistere posset, nuncupant. at
scilicet de gratia eidem nobisque omnibus
ejus posteris post lapsum data sentiunt, ut quam
hominis lapsi voluntatem necessario de-
terminare tueantur; eam medicinalem
vocant, eo quod hominem à peccati sui
infirmitate sanat. In eo igitur
discrimen gratiae sanitatis et medicinalis
exponunt, quod innocens et sana primi
hominis voluntas gratiae posset assentiri
vel resistere; gratia autem medicinalis
infiram hominis lapsi voluntatem
necessario determinet. Ita sapit Luthe-
rus, maxime lib. de libero arbitrio, et
Calvinus, lib. 2. Institut. c. 5.

Itand Haresiarcharum horum 26.
Systema amplexus est Jansenius Yprensus
papiae, et praesertim lib. 2. de gratia (Chri-
sti, c. 4. ubi docet utriusque hujus gra-
tiae discrimen in eo positum esse, quod
gratia Status innocentiae esset repu-
diabilis, gratia vero medicinalis sit
necessitans, ita ut voluntas ei resistere
non possit. Gratiam sanitatis
vocat adiutorium sine quonon, est
que iuxta ipsum qualibet gratia, cui

54. homo ex indifferentia arbitrii assentiri potest vel refragari. Gratiam medicinale vero munus est adjutorium quo estque apud ipsum illud, cujus usus vel non usus in voluntatis arbitrio positus non est, seu cui voluntas non potest dissentire. Hinc infert cit. lib. c. 5. adjutorium sine quo non, cujus scilicet usus ita ponitur in voluntatis arbitrio, ut illi consentiat, si voluerit, quantumvis sine illo non velit, aut velle non possit, ad medicinale Christi adjutorium nullo modo pertinere; sed ad adjutorium peccati hominis et sanae voluntatis referendum esse. Ex quibus patet, Jansemium nullam Gratiam Status praesentis admittere nisi necessitantem, et efficacem.

27. Theologi Catholici equidem ~~non~~ ~~beatissimis~~ extra dubium ponunt Adamum in Statu innocentiae equispe Supernaturali auxilio gratiae 1.º ad eliciendos actus salutares, ut pote Supernaturales, adeoque ~~non~~ supra ipsius naturae vires positos. 2.º ad eliciendos actus virtutum infusarum Fidei, Spei, Caritatis, cum illi actus sint Supernaturales. 3.º ad servandam Legem Supernaturalem: nam Legis Supernaturalis observatio implet actus Supernaturales Fidei, Spei, Caritatis, &c. Qui proinde per se excedunt vires naturales. 4.º ad perseverandum in integritate et sanitate accepta: nam in ea perseverare non poterat, nisi observando Legem Supernaturalem. Idem vero auxilium multiplex erat. Nam 1.º Egebat

virtutibus inferioribus per se: quia hi habitus sunt 55.
posse simpliciter, et potentia creata non ha-
bet ex se id omne, quod requiritur ex parte
causae secundae ad productionem actuum su-
pernaturalium, alioqui illi actus non
essent supernaturales, sed naturales. Ha-
rum tamen virtutum causalitatem im-
mediate per se ipsam supplere potest
omnipotentia divina. 2^o. Egebat
concurso supernaturali, nam sine illo
actus supernaturalis esse non potest. 3^o.
Egebat gratia actuali saltem illustra-
tionis, alioqui actus eius non fuissent
supernaturales: nam habitus, qualis est
gratia sanctificans, praeter se non
agit, nec potest ad agendum determinari
per actum voluntatis aut intellectus mere
naturalem.

Et quamvis velut certum statu- 28.
ant, gratiam actualem hominibus cap-
lis necessariam, quae medicinalis dicitur,
differre à gratia status innocentiae, eo-
quod gratia sufficiens homini sano
differre debeat ab eâ, quae aegro ac infir-
mo in remedium infirmitatis huius est ne-
cessaria: tamen Ecclesiae definitionibus
sulti tanquam de fide truentur, grati-
am medicinalem non differre à gratia
sanctitatis, quod illa sit necessitans, haec
vero fuerit repudiabilis. Nam de fide
est, gratiam medicinalem etiam effica-
cem non necessitare voluntatem, prout
infra, ubi nobis de gratia actuali sermo
erit ostendemus.

At tamen in assignando inter utram-

28. que hanc gratiam discrimine iisdem Theologi non conveniunt, sed in varias opiniones abeunt, quas hic breviter referre placet.

29. Prima est Thomistarum, qui cum necessitatem gratiae physicae promoventis ex Dominio causa prima in secundam repetant, eam proinde in statu naturae innocentis necessariam fuisse arbitrantur: in quo autem collocandum sit utriusque gratiae discrimen, non omnino consentiunt.

Nomulli ajunt, totum discrimen se tenere ex parte gratiae sufficientis, quam in presenti statu ex illustratione intellectus et motione voluntatis, in statu vero innocentiae sola mentis illustratione perfectam fuisse existimant. Alii discrimen in eo collocant, quod in statu naturae innocentis, titulo Instantis dependentiae necessaria fuerit gratia promovens; in presenti vero natura lapsa statu duplici titulo, nempe dependentiae et infirmitatis, non quod ipsa necessaria sit, ut voluntas habeat vires relative* proportionatas operi exequendo; has enim vires beneficii gratiae sufficientis conferri indubitanter docent Thomista; sed ut, non obstante perpetua carnis repugnantia, ad bonum operandum infalibilibiter moveatur ac constanter determinetur.

Alii denique discrimen aliquod excogitarunt in eo positum, quod, ut ipsis placet, promotio physica in presenti statu magis virtuosa sit, quam in statu innocentiae.

30. Secunda est eorum, qui contendunt, Adamo sicut et nobis necessariam fuisse gratiam voluntatis simul cum gratia intellectus: in hoc autem discrimen utrius-

N * ad contrariam concupiscentiam videlicet.

que Status collorant, quod licet homo lapsus 57.
verè ac relativè* possit agere per gratiam suf- * ad oppositum aut
ficientem, nunquam tamen re ipsa et se quod per concupis-
facto acturus sit, nisi uberiori gratia effi- centiam suam abli-
cais auxilio roboretur, que necessitas adju- citur.

torii efficaciis nuda erat in Statu innocen-
tia. Ad hanc sententiam revocatur
illorum opinio, qui ejusmodi efficaciis au-
xilii necessitatem ad difficiliora Junta-
xat opera restringunt.

Tertia nonnullorum est, qui 31.
utriusque Status Discrimen in eo reponunt,
quod in Statu natura innocentis blasphe-
mit gratia Sufficientis, quam appellant adju-
torium line quo non, in Statu autem na-
tura lapsæ, præter gratiam Sufficientem,
adhuc concedatur gratia efficax, quam
vocant adjutorium quo, cujus necessitatem
dicunt maximè à S. Augustinò fuisse com-
mendatam respectu perseverantia; obser-
vant autem, illud adjutorium quo non
esse singularem aliquam gratiam, que
justo concedatur in aliquâ temporis Diffe-
rentiâ, sed potius collectionem gratia-
rum tum internarum, tum externarum,
quibus ita cumulatæ prædestinatus us-
que in finem, ut certò certius omnes
tentationes superet, atque ita in finem
perseveret.

Quarta eorum est, qui inter utri- 32.
usque Status auxilia Discrimen illud af-
signant, quod natura innocens jam evecta
ad esse Supernaturale per gratiam habi-
tualem, potuerit rectè operari cum so-
lâ mentis illustratione; nunc verò in-

58 Super necessaria sit gratia voluntatem mo-
vens ac praeveniens, eaque sive sit ea se effi-
cax, sive non.

33. Quinta tandem Statuit Adamo ad
bene agendum et perseverandum nullam aliam
opus fuisse gratiam, quam habituali: unde
Statum innocentis in eo discernere vult
à natura lapsam, quod homo innocens nullam
planè gratiam praeveniente, ne quidem intel-
lectus indigeret; nunc autem necessaria sit
gratia actualis praeveniens.

Haec sunt varia Catholicorum Theo-
logorum circa utriusque Status naturam in-
nocentis videlicet et lapsam gratiam opinio-
nes; quas eam duntaxat ratione huc referre
placuit, ut si forte unquam una pro ceteris
amiserit, ipsi per nos liceat eas amplecti
ac pro viribus tueri. Nos pro animi nostri
circa huiusmodi controversias Scholae Dispu-
tationi ab Ecclesia relictae indifferentiam nihil
hic definitur, verum ultro arbitratur quam-
libet earum sua probabilitate laudare, nec cor-
tetur nobis sit, quanam veritatem assequatur.

34. Solvuntur Obiectio-
nes.

Ob. 1^o contra primam Conclusionem.
S. Gregorius Nyssenus Orat. 1. in haec verba:
Faciamus hominem ad imaginem et similitu-
dinem nostram, docet prius hominem con-
ditum fuisse ad imaginem secundum na-
turalia, tum ad similitudinem secundum
supernaturalia. Ergo in ortu suo nondum
Statum justitiam Originalem p. à Deo accepit.

Resp. neg. cons. Quidquid sit de eo
discrimine, quod nonnulli veteres repo-

nunt inter imaginem et similitudinem Dei 59.
ad quam homo factus est; regamus S. Grego-
rium Nyssenum aperuisse hominem prius
prioritate temporis creatum fuisse in puris
naturalibus, tum supernaturalibus donis
instructum et ornatum à Deo fuisse: simul
enim et naturam et gratiam accepit.

Ob. 2^{do} S. Cyrillus Ep. 74. ad Romane-35.
jum Non, inquit, per manus impositionem
quis nascitur, quando accipit Spiritum
Sanctum, sed in Baptismo; ut Spiritum jam
natus accipiat sicut in primò homine Adam
factum est. Ante enim Deus eum plasma-
vit, et tunc insufflavit in faciem eius fla-
tum vitæ. Nec enim potest accipi spiri-
tus, nisi prius fuerit qui accipiat. Ergo
Adam prius conditus fuit, quam Spiritum
vitæ, id est justitiam et gratiam sanctifi-
cantem accepit p.

Resp. neg. cons. Ad intentum S.
Cyrilliani satis est, quòd aliqua priorita-
te seu temporis seu nature tantum crea-
tis Adam præcesserit eius sanctificatio-
nem vel anime infusionem. Compara-
tio quippe, quæ utitur, duobus modis po-
test intelligi, 1^o ut loquatur non de san-
ctificatione Adæ, sed de animatione per
infusionem anime rationalis; quo in ex-
emplò vera est temporis prioritas, et com-
paratio videtur perfecta: sicut enim prius
tempore corpus Adam conditum fuit,
quam Spiritum vitæ accepit; ita prius
tempore homo per Baptismum renasitur,
quam plenitudinem Spiritus sancti acci-
piat per Confirmationem. 2^o Ut lo-
quatur de sanctificatione Adam per

60. gratiam; quam ejus creatio praesepit, non
prioritate quidem temporis, sed natura tan-
tum: quâ ea parte paritas manea est et im-
perfecta. Porro S. Cyrillus vim non fa-
cit in ordine temporis, neque ad hoc pari-
tatem instituit; sed tantum ad declarandum
ordinem praesuppositionis, seu distinctionis
inter actiones, quarum una supponit effec-
tum alterius, sive ordo ille sit temporis,
sive naturae: hoc enim ad causam, quam
agebat, nihil conferbat. Ad rationem
verò, quam subjicit, facile reponitur, suffi-
cere prioritatem naturae, quam non negamus,
necessariam verò non esse prioritatem tempo-
ris.

36. Ob. 3^o. S. Augustinus maximè in
tribus locis docet, Adamum in primò crea-
tionis instanti non recepisse spiritum
gratiae, sed solum spiritum animae ratio-
nalis. lib. 13. de civ. c. 24. in haec Pauli
i. cor. 15. v. 45. verba: Factus est primus homo
Adam in animam viventem, novissimus
Adam in spiritum vivificantem: sed non
prius quod spiritale est, sed quod animale:
deinde quod spiritale p. ait: Primus homo
de terrâ terrenus, in animam viventem
factus est, non in spiritum vivificantem,
quod ei per obedientiae meritum servaba-
tur. Lib. 2. de genes. ad litt. c. 8.
n. 10. expresse aperit, Adamum gratiâ
donatum non fuisse, nisi postquam in pa-
radisum translatus est. Tunc enim, ait,
spiritalis effectus est, cum in paradiso, hoc
est, in beatâ vitâ constitutus, præceptum
etiam perfectionis accepit. Denique
lib. de concept. et grat. c. 10. n. 27. ait: De-
rum sic ordinasse Angelorum et hominum

vitam, ut in eâ prius ostenderet, quid pos-
set eorum liberum arbitrium; Deinde quid
posset sua gratia beneficium, justitia-
que iudicium. Ergo supponit primum
hominem cum solo naturali libero arbitrio
conditum statim fuisse; tum deinde grati-
am accepisse.

Resp. neg. cons. Ad textus S. Augus-
tini; in primo loco S. Doctor de gratiâ sanc-
tificante Adamo conceptâ nullatenus agit;
sed de dotibus seu conditionibus corporis
immortalis et gloriosi, quas primus parens
in suo ortu non accepit: non enim hic factus
fuit, quin posset mori, cum verâ mortu-
us fuerit; sed quas merito obedientia, post
generalem corporum resurrectionem asse-
cuturus erat: tunc enim planè impassibi-
lia, immortalia ac gloriosa futura sunt
Sanctorum corpora. prout patet totum
hujus S. Doctoris textum legenti: Ad
2^{um} dum loquitur de omnimodâ perfectio-
ne Status innocentia; non autem de solâ
justitiâ seu gratiâ sanctificante, quâ ani-
ma Adamo ornata statim à creatione suâ
fuit. Mens ergo illius est, Adamum in bea-
tâ vitâ, hoc est, in omnibus, quibus afflu-
ere debebat, corporis et animæ deliciis, prius
constitutum non fuisse, quam translatus
fuerit in paradysum. Ad 3^{ium}

Non spectat eo loco S. Augustinus nequid
seu omni donâ gratiâ destitutum Ange-
lorum et Adamo liberum arbitrium, sed
eo tantum donâ, quod appellat auxili-
um quo, seu auxilium efficax perseve-
rantia, se contendit, Adamo innocen-
ti datum fuisse auxilium duntaxat suf-
ficiens, seu sine quo non, cum quo per-

62. severare quidem poterat, sed quod ipsam non
dabat perseverantiam: homini vero lapsi
necessarium esse auxilium quo seu efficax
perseverantia.

37. Ob. 4^{to} Vix intelligi potest, quia
ratione primus homo peccaverit, si statim
ab ortu suo tam perfectus tam justus et in-
nocens conditus fuit. Ergo, p.

Resp. neg. ant. facile intelligi po-
test, quod homo, qui liber conditus est ac
dominus viarum suarum à gratiâ, quam
accepit, potuerit peccando evadere. Imò
si gratiam, quâ poterat non peccare, et
qua necessaria proors est ad non peccan-
dum, non accepisset, haud dubie non pe-
casset. Iustitia scilicet originalis nec fuit
in ipso impotentia absoluta non peccandi,
nec impeccantia simpliciter; sed poten-
tia non peccandi ex iustitiâ mutabili,
qua peccandi quidem voluntatem, quamvis
stabat, sed non facultatem auferabat. Om-
nis enim creatura, cum sit ex nihilo defi-
cere potest. leg. Aug. lib. 14. de Civ. c. 29.

38. Ob. 5^{to} Contra 2^{am} Conclusionem.
Privatio charitatis, juxta S. Augustinum,
lib. 11. de Civ. c. 17. lib. 3. de lib. arb. c. 13. 14. p.
est vitium natura, atque adeo contra na-
turam. Atqui si charitas debita non
esset et connaturalis creatura rationali,
charitatis defectus non esset natura ratio-
nalis vitium, sicut ejus vitium non est
carere unione hypostaticâ, et donis, qua
dicuntur gratia gratis data. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Privatio chari-
tatis late sumpta, vel qua supponit Dei
ordinationem ad finem supernaturalem,

est vitium natura, conc. maj. Privatis 63.
charitatis strictè sumpta et abstractis
à qualibet liberà et gratuita Dei ordina-
tione ad beatitudinem supernaturalem,
est vitium natura innocentis, neg. maj.
Igitur 1. Charitas sumi potest late pro quo-
libet recto et honesto amore, quo sensu
S. Augustinus, Serm. 349. charitatem di-
vidit in divinam et humanam: siquè
sumpta charitatis defectus verum est na-
tura rationalis vitium; nec mera nega-
tio, sed vera naturalis boni anime priva-
tio. 2. Charitas sumi potest strictè
pro amore casto et supernaturali; siquè
sumpta, si comparatur cum sola natura
abstracta à qualibet Dei ordinatione ad
finem supernaturalem, ipsius defectus
non est vitium proprie loquendo, nec priva-
tio, sed mera absentia perfectionis indebi-
ta. Si autem comparatur cum natura
ex Dei ordinatione elevata et destinata
ad finem supernaturalem, tunc charitatis
absentia vitium est anime, et boni na-
turalis privatio, nomine bonorum na-
turalium complectendo omnia dona acti-
am supernaturalia in creatione accepta.
siquè intelligendus est S. Augustinus.

Ob. 6. to quod est secundum natu- 39.
ra exigentiam, naturale diu debet. At-
qui immortalitas corporis est secundum
natura exigentiam; nam forma immor-
talis, qualis est anima rationalis, natu-
raliter exigit uniri materia seu corpori
immortali; alias per totam eternita-
tem à corpore suo avulsa in statu violen-
to futura esset; nec consequenter suam
assequi posset naturalem beatitudinem. Ergo.

Resp. neg. min. Anima à corpo-
re avulsa illud duntaxat naturaliter
appeteret, quod naturaliter consequi pos-
set: cum ergo corporis huius immortalita-
tem non posset naturaliter assequi, eam
non expeteret, nec consequenter foret in
statu violento, et omni sua naturali bea-
titudine privata, si à corpore huius separa-
ta et avulsa remaneret.

§. Secundus

De statu naturæ puræ.

Quid per statum naturæ puræ intelli-
gamus supra initio huius capituli exposui-
mus. Est nempe status in quo homo nasce-
retur absque ullo donō supernaturali et
sine peccato, cum omnibus perfectionibus
et imperfectionibus, quæ naturam ipsam
consequuntur, obnoxius proinde ignoran-
tia, concupiscentia, morbis, aliisque hu-
jus vitæ scrupulis, ac ipsi tandem morti.

Pelagiani statum hunc non solum
possibilem, sed et existentem admiserunt.
Errorem hunc strenuè ac invictè repressit
S. Augustinus, libris præsertim contra Julia-
num.

Lutherus, prout jam supra §. præce-
denti num. 23. annotavimus, in C. 3. Ge-
nes. iustitiam originalem homini tam
naturalem fuisse contendit, quam naturale
est oculo, ut lumen videat: ex quo eviden-
ter sequitur, statum naturæ puræ, iuxta
Lutherum, omnino fuisse impossibilem.

Calvinus duorum loquendi modorum
Lutheri utrumque emollire ac temperare
visus est. Nam impossibilitatem status na-
turæ puræ, in quo primitus homo conde-
retur absque originali iustitiâ, repetit

ca justitia, bonitate ac aequitate Dei: Sic enim
habet lib. i. Instit. c. 15. In contumeliam Dei
videret, si quid vitii inesse natura proba-
retur. Et lib. 2. c. 1. Minime consentane-
um est, Deum fieri mortis auctorem.

Hanc opinionem aperte amplexus
est Bajus Academia Lovaniensis Doctor
et Cancellarius, cujus plures extant eadem de re
propositiones à S. Pio V. damnatae, prout
S. procedenti, Concl. 2. à Prob. 2. Num. 24.
adnotavimus.

Eum secutus est Jansenius, qui tom.
2. tribus integris libris praesens versat argu-
mentum, atque geminam Baji doctrinam
ab errore vindicare, necnon fuse ostendere
conatur, statum naturae purae pugnae cum
providentiâ, bonitate, et aequitate Dei, imò
cum ipsâ naturâ hominis constitutione,
qui aliter creari non potest, quam cum gra-
tiâ et ordinatione ad finem supernatura-
lem: addit oppositam sententiam unum
esse ex praecipuis Pelagiani erroris capitibus
à S. Augustinò expugnatis, et ad Manichaeis-
mum pertinere.

A memoratâ Baji et Jansenii do-
ctrinâ veiffâ non discrepat quorundam
Theologorum sententia, qui metaphysi-
câ et subtili quâdam abstractione Divi-
nam omnipotentiam à ceteris Dei perfec-
tionibus praesidentes, volunt, in se et
habitâ ratione solius divinae omnipo-
tentiae, possibilem esse statum naturae
purae; at contendunt illum repugnare
habitâ ratione divinae justitiae, bonita-
tis, p. absurda praesens distinctio.

Ceteri Theologi Catholici post S.
Thomam statum naturae purae possibili-
tatem propugnant sub omni respectu,

Pa.
Lmm. Aaaa
pag. 35

66. San habita ratione omnipotentia, Sapientia, bonitatis et omnium aliorum Dei attributorum. cum quibus sit

41. Conclusio.

Statu qui dicitur natura pura, sub omni respectu valide possibilis est.

Prob. Necessè non fuit hominem creari in Statu justitiæ originalis, sed potuit talis à Deo primum condi, qualis nunc nascitur, excluso solum peccato. Ergo potuit creari in Statu natura pura.

Antecedens, in quo posita est tota præsentis controversia difficultas, jam demonstratum manet ex dictis S. præcedenti, Conclus. 2^a atque insuper

Prob. 1^o Ex Decreto Dogmatico à S. Pio V. edito, et à Gregorio XIII. non Urbanò VIII. approbato et confirmato, in quo damnantur hæc propositiones: 21^a Humana natura Sublimatio et exaltatio in Consortium Divina natura, debita fuit integritati primæ conditionis, et proinde naturalis dicenda est, et non Supernaturalis. 26^a Integritas primæ creationis non fuit indebita natura humana exaltatio, sed naturalis ejus conditio. 55^a Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur (excluso scilicet peccato). 78^a Immortalitas primæ hominis non erat gratia beneficium, sed naturalis conditio.

79^a Falsa est Doctorum sententia primum hominem potuisse à Deo creari et institui sine justitiâ naturali. Ergo.

Prob. 2^o ex Patribus. S. Basilii lib. De Spiritu Sancto, dicit, Angelos non esse Santos naturâ: à fortiori nec homi-

nes. Eadem autem est ratio de aliis donis ^{67.}
Supernaturalibus. Pro ceteris omnibus Pa-
tribus sufficiat S. Augustinus, qui passim nos-
tram tueretur sententiam. Unicum ex eo ad-
ducimus locum ex lib. 4. contra Julianum.
c. 16. Desumptum, ubi haec eloquitur: Gra-
tia quippe Dei magna ibi erat, ubi terrenum
et animale corpus bestialem libidinem
non habebat. Qui ergo vestitus gratia non
habebat in suo corpore quod panderet, spolia-
tus gratia sensit quod operire deberet. Cer-
te si donum integritatis, seu Subjectio partis
inferioris ad Superiorem erat magna Gratia
etiam in statu innocente, natura etiam
innocens potuit sine hoc dono condi: nam
quod est Gratia, non est debitum naturae,
et eius exigentiam superat. Natura autem
condi potest sine eo omni, quod ei debi-
tum non est, et eius exigentiam superat.
Jam vero donum immortalitatis, ordina-
tio ad visionem intuitivam, et amorem
fruitivum, Gratia sanctificans, adoptio
divina, et cetera dona non sunt minus
Gratia etiam in natura innocente, quam
donum integritatis: ac proinde tam sine
illis omnibus condi potuit natura etiam
innocens, seu peccato immunis.

Pro 3.º momenti Theologici.
Ex dictis, Status natura pura ille
est, in quo homo primitus à Deo crearetur
absque gratia et sine peccato, obnoxius ta-
men omnibus miseriis et calamitatibus, qui-
bus nunc premimur. atque maxime pos-
sibilis est Status ille. 1.º potest homo
creari absque gratia, ceterisque donis ipsi
annexis; quia sine eo condi potest, quod est
Supernaturale, ipsiusque natura omnino

64. indebitum. atqui talia sunt gratis dona, alioquin gratia jam non esset gratia, inquit Apostolus, Rom. ii. Ergo, p.

2^o. Creari potest sine peccato; imò non potuit primitus condici cum peccato: aliàs Deus peccati auctor dicens foret.

3^o. Creari itidem potuit obnoxius concupiscentiis, morbis, aliisque similibus acuminis, ipsi tandem morti: ista siquidem forent primordia naturae, ipsiusque appendices, ut loquitur S. Augustinus, atque in ipsa hominis constitutione fundarentur: Sic concupiscentia in conjunctione corporis cum anima, quo fit, ut mens de corpore sollicita bonum sensibile prosequatur tanquam corpori conveniens; pariter morbi, dolores, aliisque miseriae, ex influxu causarum naturalium profluerent, quae hominem circumdant, et circumbedissent in statu naturae purae, quaeque huiusmodi erumnas quaedam naturali necessitate inflixissent; ipsa denique mortalitas fundatur in compositione elementorum, quibus corpus humanum constat, quae mutua seum pugna mortem tandem generant. Ergo, p.

2^o Dum momentum. Nulli divina perfectioni repugnat, ut creetur homo qualis nunc nascitur, excepto peccato. Non repugnat omnipotentia, ut per se clarum est, nec diffidentur adversarii. Non etiam repugnat sapientia, justitia, bonitati, ulive divinis attributo, ut ostendit S. Augustinus, lib. 3. de libero arbitrio, c. 20. 22. et 23. quia tunc Deus concederet homini quaecumque sunt illius naturae debita, nempe naturale iudicium, libertatem et alias facultates, quibus posset se ipsum excolere, et debitum finem assequi:

unde et absolute pronuntiat S. Augustinus, 69.
in illa hypothesis Deum non fore culpandum, sed laudandum. Ergo, p.

Et vero ille status nulli repugnat
divino attributo, in quo homo constitutus,
haberet id omne, quod ad naturam hu-
manam pertinet, in quo quidquid deesset
gratuitum foret ac indebitum; in quo de-
nique nihil vitii haberet, nihil turpe et
inhonestum. Atqui talis esset homo in
statu naturae pure constitutus, ut ex dic-
tis constat. Ergo p.

his accedit unanimis et constans Theo-
logorum consensus, qui praesente Schola
Principe S. Thoma q. 4. De malo, art. i. et
i. p. q. 95. item i. 2. q. 85. a. 5. et 6. mani-
fester nostram sententiam velut indubi-
tatae supponunt. Unde, Nescio, inquit Be-
larmius, lib. De gratia primi hominis, c. 5.
quomodo possit ullus Catholicus dubitare,
si fuerit primi hominis integritas natura-
lis, an supernaturalis.

Solventur Objectiones.

42.

Ob. 1. S. Augustinus reprehendit Be-
lagianos, quod assererent infantes nasci sine
peccato, et tamen excludi à regno caelorum,
si morerentur sine Baptismo. Ergo bea-
tudo supernaturalis debita est naturae in-
nocenti. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Et S. Augustinus
hoc dicit ex suppositione veritatis Catholicae,
etiam ab ipsis Belagianis admissa, nempe
quod homines sint et semper fuerint in sta-
tu naturae elevatae seu ordinatae ad Dei vi-
sionem intuitivam et fruitionem, quae pro-

70. inde nemo privari potest nisi per peccatum mortale, cone. Hoc dicit independenter à tali hypothesisi, neg. ant. Et Dist. cons. Ergo beatitudo Supernaturalis natura innocenti debita est ex gratitudine Divina ordinatione, cone. Debita est ex exigentia natura, quae non peccavit, neg. cons. In hac et simili materia S. Doctor semper supponit cum Pelagianis Statum elevationis, quae homo gratitudo à Deo ordinatus est ac destinatus ad beatitudinem Supernaturalem. Quamvis enim Pelagiani negarent Adamum creatum fuisse in Statu Gratiae; tamen fatebantur eum ad Supernaturalem Statum Gratiae sanctificantis, et visionem intuitivam ac fruitionem Dei ordinatum esse.

Inst. 1^o. S. Augustinus docet, non esse aliam beatitudinem, quam Supernaturalem.

Resp. Id docet de presenti Statu natura lapsa, non de Statu natura innocentis.

Inst. 2^o. S. Augustinus, lib. 2. contra Julian. c. 10. Et lib. 6. c. 5. docet, Deum fore injustum erga parvulos morti et miseriis obnoxios, si carerent peccato.

Resp. Loquitur ex hypothesisi Secreti, quo Deus statuerat, hominem à miseriis servare immunem, si non peccasset.

Inst. 3^o. S. Augustinus dicit, constat nobis mortem, non lege natura, sed merito inflitam esse.

Resp. Loquitur ex hypothesisi Secreti, quo Deus statuerat, mortem hominis contra naturam exigentiam impedire, si Adamus non peccasset. Unde solum vult hominem nunc non mori ex natura exigentia, sed ex merito peccati, quod quidem si non admisisset, immortalitatem à Deo gratis

promissam consecutus fuisset. Et verò idem
S. Doctor, lib. 6. de Genes. ad litt. c. 25. ait: Creatus est homo immortalis, quò dei prestabatur
De ligno vitæ, non de constitutione natu-
re.

71.

Ob. 2^o. Deus non potuit creare homi- 43.
nem nisi propter finem ultimum. Sed fi-
nis ille ultimus est Dei visio et fruitio. Ergò.

Resp. Dist. maj. Nisi propter finem
ultimum vel naturalem, vel supernatu-
ralem, cone. Nisi propter finem ulti-
mum supernaturalem, neg. maj. Duplex
est finis ultimus, seu beatitudo possibi-
lis, nempe naturalis et supernaturalis.
Naturalis consistit in perfectâ quadam Dei
contemplatione abstractivâ*, et ejusdem
amore necessario viribus non depravate
nature possibili. Supernaturalis consistit
in Dei visione intuitivâ et amore fruiti-
vò. Ad priorem finem ordinata fuisset
natura humana, si in puris natura-
libus creata fuisset. Cum enim ignoti nul-
la sit cupidò, si homini revelatum non
fuisset, idem ex Dei gratiâ ad finem su-
pernaturalem esse destinatum, nullum
haud dubie pro illo fine adipiscendò, clarâ
scilicet et intuitivâ Dei visione, in ipso
excitaretur desiderium; atque in solâ Dei
cognitione abstractivâ quiesceret.

Ob. 3^o. Deus non potuit creare ho- 44.
minem in eo statu, in quo homo non posset
amare Deum propter se. Sed in statu na-
tura pura homo non posset amare Deum
propter se. Ergò.

Resp. Neg. min. Duplex amor Dei
propter se distinguì debet, naturalis scilicet

* contemplatio seu
cognitio Dei abstra-
ctiva ex dictis in Tract.
De Deo part. i. c. 4.
S. 2. num. 88. est
ea, quâ Deus per
creaturas tanquam
per medium seu
motivum cognosci-
tur. Qui bene atâ
vitâ in statu natura
pure Decepti sunt in
alterâ et beatâ vitâ
perfectissimam Dei
contemplationem ab-
stractivam obtinuis-
sent per species à Deo
infusas, eumque sibi
representassent tan-
quam virtutis remun-
eratores magnifi-
cum, benignum, ac
beatificantem.

72. et Supernaturalis. Naturalis est ille, qui à Natura intellectuali non depravatā elici potest cum concursu et providentiā naturali. Supernaturalis est ille, qui propter suam firmitatem et elationem elici non potest solis natura etiam non depravata viribus. Primi amoris, non secundi, capax fuisset homo in statu nature pure.

Inst. 1^o. Dei amor naturalis fictitius est et impossibilis. Ergo.

Resp. Neg. ant. Neque enim repugnat. Unde S. Cyprianus V. et Gregorius XIII. Has Baii propositiones damnarunt, 34^{am} Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor nature, et gratuiti, quo Deus amatur ut beatorum, vana est et commentitia, et ad illud

testimonium sacris litteris et plurimis veterum naturalis, qui ex viribus nature exoritur, ex sola philosophiā, per relationem presumptionis humane, cum injuriā crucis Christi defenditur à nonnullis Doctoribus. Et 36^{am} Amor

Inst. 2^o. Fuit capitalis error Pelagii, quod assereret, amorem Dei propter se haberi posse solis natura viribus. Unde S. Augustinus, lib. 3. de Grat. et lib. arb. c. 18. ait: Unde est in hominibus charitas Dei et proximi, nisi ex ipso Deo? nam si non ex Deo, sed ex hominibus, vicerunt Pelagiani: si autem ex Deo, vicimus Pelagianos. Ergo p.

Resp. neg. cons. Capitalis error Pelagii fuit, quod diceret, amorem Dei propter se et supra omnia appetitativum*

* amor Dei appetitativum et supra omnia appetitativum*

atque sufficientem ad salutem aeternam, ha-
beri posse in hoc praesenti statu naturae lapsae
ex solis naturalibus liberi arbitrii viribus.
De hoc autem amore perfectō ac superna-
turali, et ad salutem sufficiente loquitur
S. Augustinus loco objecto et aliis similibus.
Agitur autem hic de amoris naturalis
minimis perfecti, et insufficientis ad beatitu-
dinem supernaturalem assequendam possi-
bilitate in statu naturae purae.

Inst. 3.^o Idem S. Augustinus variis
locis docet, omnem amorem creaturae ratio-
nalis esse charitatem, vel cupiditatem. Atqui
per charitatem intelligit Dei amorem prop-
ter se, qui produitur per Spiritum Sanc-
tum, ideoque supernaturalem. Ergo.

Resp. neg. min. Nam S. Doctor in iis
locis per charitatem intelligit, non amorem
Dei super omnia propter se dilecti, sed amo-
rem boni seu honesti, sive amorem ali-
cujus virtutis. Unde sequitur tantum,
omnem amorem creaturae rationalis esse
bonum vel malum; et verò erroneum est
dicere, omnem amorem creaturae rationa-
lis, qui non sit Dei propter se dilecti, esse
vitiosam cupiditatem, ut constat ex hac
Baji propositione à Pio V. et Gregorio XIII.
damnata: omnis amor creaturae rationalis,
aut vitiosa est cupiditas, quā mundus di-
ligitur, quae à Joanne prohibetur; aut lau-
dabilis illa charitas, quae per Spiritum Sanc-
tum in corde diffusa, Deus amatur. Porro
cum S. Augustinus dicit amorem justitiae
seu virtutis inspirari, infundi per Spiritum
Sanctum, loquitur non de quolibet amore,
sed de amore ad salutem aeternam conducente.

73.
tiativus est, quo vo-
luntas tam forti amo-
ris vinculo arctata est
Deo, ut nulla res eam
inde avellere queat.
Hoc amore appetia-
tive summo dicebat
Apostolus, Rom. 8. Cer-
tus sum, quia neque
mors, neque vita....
neque creatura alia
poterit nos separare
à charitate Dei.

74.
46.

Ob. 4^{to}. Homo condi non potest in eo
Statu, in quo obnoxius esset morbis, dolori-
bus, laboribus et morti sine aliquo peccato.
Atqui in Statu natura pure iis miseris ob-
noxius esset sine peccato. Ergo.

Resp. Neg. maj. Quia esse obnoxium
morbis, doloribus, morti p^o est defectus
homini connaturalis per se, cum constet
non solum animam, sed etiam corpore, cu-
jus habitudo naturaliter vitiari potest, et
cujus partes dissolvi, et organa debilitari
naturaliter possunt. Atqui homo creari
potuit cum defectibus sibi connaturalibus,
nec ad id defuissent Deo boni fines. Ergo
homo potuit creari obnoxius morbi, et a
fortiori morbis, doloribus, p. Unde a soepe
laudatis Summis Pontificibus damnata est
haec Baji propositio: Immortalitas primi
hominis non erat gratia beneficium, sed
naturalis conditio. Ceterum Miseria
in Statu natura pure fuisset poenalitas
naturalis, non poena proprie dicta, quae
est malum seu incommo- dum propter cul-
pam inflitum, ideoque supponit culpam.
De hac sola poena proprie dicta loquitur
S. Augustinus, lib. 3. De libero arb. c. 18. quan-
do ait: omnis poena, si justa est, peccati
poena est, et supplicium nominatur.

47.

Ob. 5^{to}. Homo creari non potuit
in eo Statu, in quo laboret ignorantia in-
vincibili, nisi in aliqua sua culpa merue-
rit. Atqui in Statu natura pure homo
sine sua culpa laboraret ignorantia in-
vincibili. Ergo.

Resp. Neg. maj. Nam homo condi
potuit a Deo cum defectibus sibi connatu-
ralibus. Sed posse ignorare est defectus

conaturalis homini: nam eius intellectus ^{75.}
est valde limitatus, et pendet ab impressio-
ne quae in sensibus fit; rerum essentias non
penetrat, nec veritates sive speculativas
sive practicas sine magno labore assequi-
tur. Unde quod Adam creatus fuerit sine
ignorantia, id fuit beneficium Dei gratui-
tum.

Inst. 1^o. Ea, quae tunc fierent ab
homine ex ignorantia invincibili, attri-
buerentur Deo ut auctori. Ergo.

Resp. neg. ant. Quia illa non essent
à Deo nisi ut permittente et conuulente
conuulsi generali ex officio causa pri-
ma, nec essent peccata nisi materialiter,
non autem formaliter seu imputabiliter.

Inst. 2^o. S. Augustinus docet, igno-
rantiam esse poenam peccati. Ergo.

Resp. Loquitur de ignorantia pra-
senti. Status natura lapsa. Nam si Adamus
non peccasset, homines nascerentur in Sta-
tu natura innocentis et integra, in quo
magna facultate assenti fuissent cogni-
tiones omnes tum speculativas tum practi-
cas, aetati et conditioni suae convenientes.

Inst. 3^o. Christus non assumpsit
ignorantiam, nec rebellionem carnis, non
nisi quia haec non possunt esse nisi à pec-
cato. Ergo.

Resp. Neg. ant. Sed ista non assum-
psit, quia dedebant dignitatem Regis ho-
minum et Angelorum, Supremi Legislato-
ris, Doctoris, Iudicis, et sanctitatem ac ma-
jestatem Verbi.

Ob. 6^{to}. Repugnat Status, in quo ^{48.}
homo sine sua culpa non potest assequi

76. beatitudinem suam. Sed in Statu natura
pura esset hoc impossibilitas sine culpa ho-
minis. Ergo.

Resp. Neg. min. Nam homo in Statu
natura pura beatitudinem suam naturalem
in abstractivâ Dei contemplatione et amo-
re necessariô huius contemplationi propor-
tionatô positam mereri et consequi posset
per bona opera naturalia: in idô quippe
Statu providentia naturalis favorabilior
esset, nec homo tot ac tantis impedimen-
tis et difficultatibus laboraret, quot et
quantis in hoc Statu natura lapsa obno-
xius est propter peccatum originale. Bonus
homo in Statu natura pura post mortem
beatitudine suâ naturali fruere in al-
terâ vitâ saltem secundum animam, que
naturaliter est immortalis. Homo
etiam in Statu natura pura posset mora-
liter servare totam legem naturalem, et
vitare omnia peccata mortalia, et quidem
ex affectu virtutis seu honestatis. Nam
in hoc Statu favorabiliore providentiâ
gauderet, quamdiu saltem non peccaret;
non tantum impleretur à concupiscen-
tiâ ad malum, nec ab eâ tantam pate-
retur difficultatem ad bonum, quantum
nunc patitur ob natura corruptionem pec-
cato originali inductam; nec etiam subi-
ceretur Dæmoni, cuius servituti obnoxii
sunt homines in Statu natura lapsa prop-
ter peccatum originale, ut docet Concilium
Trid. Sess. 5. can. 1. nec denique tanta foret
infirmitas in Statu natura pura, quanta
nunc est in Statu natura lapsa.

Inst. S. Augustinus, l. 10. De civ. c. 2. 77.
et ii. docet, hominem non posse sine gra-
tia assequi beatitudinem illam natura-
lem, quam Platonici in contemplatione
Dei ponebant. Ergo.

Resp. neg. cons. S. Augustinus loquitur
de homine existente in Sta-
tu natura lapsa. Quando autem dicit, ho-
minem non posse sine gratia assequi beati-
tudinem suam, loquitur de beatitudine
Supernaturali consistente in Dei visione
intuitiva, et amore fructivo: nam loqui-
tur de ea beatitudine, ad quam unus homo
ordinatus est.

Ob. 4^{mo}. In statu natura pura esset
concupiscentia à Deo. Atqui hoc repugnat,
nam concupiscentia est mala, et pugnat
contra Spiritum. Ergo.

Resp. Dist. maj. à Deo esset concu-
piscencia sumpta praevisè ut est potentia
concupiscendi bona sensibilia, conc. Sump-
ta pro actu malo concupiscendi. neg. maj.
In statu natura pura concupiscentia sumpta,
ut est potentia concupiscendi bona sen-
sibilia esset à Deo ut auctore: at concu-
piscencia sic sumpta non est quid malum,
nec pugnat contra rectam rationem, sed
est perfectio et bonum natura, quatenus
est principium actuum ad natura functio-
nes et conservationem necessariorum et re-
ta rationi consentaneorum, licet quate-
nus conumpere potest in motus inordinatos
et recta rationi dissentaneos non sit perfec-
tio sed defectus natura conaturalis, et à
Deo permissus: quemadmodum voluntas,
quatenus est principium volitionum recta

78. rationi consentaneorum, est perfectio et Bonum
natura, licet, quatenus potest elicere actus
rationi dissentaneos, sit defectus. Conu-
piscientia autem, sumpta pro actu conuiscen-
di inordinato, non est à Deo ut illius autho-
re: nam non est à Deo ut illum volen-
te et prouante, sed est tantum à Deo
ut permittente et ad illum conueniente con-
cursu generali ex officio causa prima: imò
Deus vult illum impediri per rationem,
nec ad eum alio modo conuisceret, quam nunc
ad entitatem actus mali conuiscit. Conuiscen-
tia vero sumpta pro potentia conuiscen-
cendi indeliberate bona sensibilia contra
rectam rationem, est imperfectio et de-
fectus homini conaturalis, sicut est pec-
cabilitas, quam Deus sapienter permittit.

Inst. 1.º In Statu natura pura mo-
tus inordinati conuiscientie non possent co-
hiberi, et voluntatem ad peccandum neces-
sitarent. Ergo.

Resp. neg. ant. Nam eiusmodi motus
possent sine gratia cohiberi à natura non
vitiata, qualis est in illo Statu; nec motus
illi ad eò vehementes essent, ut voluntatem
necessitarent.

Inst. 2.º Conuiscientia est opus
pudendum, utpotè membrorum rebellionem
inferens et connotans. Atqui repugnat
opus pudendum ipse à Deo. Ergo.

Resp. Dist. maj. Conuiscientia est
opus pudendum in presenti natura lapsa Statu,
con. In Statu natura pura, subdist. in ordi-
ne mali naturalis, con. in ordine mali mora-
lis et culpabilis, neg. maj. Et Dist. min. Atqui

79.
repugnat opus prudendum esse à Deo, quate-
nus prudendum est, et malum formaliter et
deficiens, conc. quatenus est malum materia-
liter duntaxat, atque inclinatio in bonum sen-
sibile, neg. min. et neg. cons. Itaque num
erubescimus de concupiscentiâ, et in alio
quoque statu, puta natura pura, erubuisse-
mus, sed dispari modo. Num enim eru-
besimus de concupiscentiâ, eoque sit opus
Diaboli, opus Adami peccatoris, opus nostrum,
quod à peccato nostro dimanat, et stigma
rebellionis nostrae. In alio vero statu eru-
buissemus de concupiscentiâ tanquam de
malò naturali, non sicut ac jam nos pudet
deformitatis alicujus in corpore. At haec
erubescencia non esset de operibus Dei, sed
de naturali imperfectione, et de ejusmodi
motibus inordinatis, qui non magis essent à
Deo, quam entitas peccati: Deus enim con-
curreret ad eos ex officio cause primae tan-
tum et secundum exigentiam causarum secun-
darum, velletque eos cohiberi, et ab eis ho-
minem abstinere, quoad fieri posset.

Ob. 8.º. In quovunque statu homo 50.
viator constituitur, capax est remissionis pec-
cati. Atqui homo in statu natura pura, capax
non foret remissionis peccati, quae sine infusio-
ne gratiae obtineri non potest. Ergo.

Resp. Neg. min. Nam homo in statu
natura pura consequeretur remissionem pec-
cati, vel per condonationem extrinsecam,
vel per infusionem alicujus qualitatis naturalis.
Atque, quod si pugnaveris aliter non
posse remitti peccata, quam per infusionem
gratiae sanctificantis, nihil inde aliud efficies,

80. nisi hominem à statu pura natura, migraturum ad statum naturae reparatae per gratiae infusionem.

51.

Caput Quartum.

De Gratia Habituali.

Gratia prout iam supra cap. i. adnotavimus generatim dividitur in habitualem et actualem, illam esse supernaturale Dei donum animae permanentior inhaerens per modum habitus, ibidem diximus, hanc vero esse actum transeuntem. De gratia habituali atque in, quae ad eam consequuntur presenti Capite agemus, de actuali sequente actui.

§. Primus.

52.

De nomine, essentia, et existentia gratiae habitualis.

Gratia habitualis hoc nomine venit, quia ad modum habitus animae invenit, quia effectus eius formalis est sanctum efficiere subjectum, cui inhaeret, sicut calor inhaerens corpori reddit illud formaliter calidum. Numupatur etiam Gratia sanctificans; quia sicut calor expedit frigus, ita Gratia formaliter expedit peccatum, et inclinatur ad omne opus bonum; justum enim dicitur eum, qui habitualiter dispositus est ad legem implendam. Vocatur quoque Adoptio; quia effectus eius formalis est facere filios Dei adoptivos, iuxta illud Rom. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba / Pater! Ob eandem rationem dicitur i. Jo. an. 3. v. 9. Semen Dei, quatenus per illam nascuntur filii Dei, et consortes divinae illius naturae. Denique etiam Pignus

* Habitus nomine haeret*, prout in metaphysica nostra part. 2. c. 3. §. 4. adnotavimus, intelligitur facultas aliqua, qua facultatem ad agendum per se et immediate juvat, atque definiri solet, quae facultas facultati adventitia, qua facilius operatur.

hereditatis nominatur Ephes. i. v. 14. Est 81.
enim titulus, jus tribuens ad gloriam coelestem. Si... filii et heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, Rom. 8. v. 17.

Definitur Supernaturale Dei Donum 53.
anima intrinsecè et permanentè inherens
per modum habitus, quo homo formaliter
et permanentè redditur justus, Sanctus,
Deo gratus, filius Dei adoptivus, et heres
vite aeternae.

Dicitur 1.^o Supernaturale Dei Donum
ut significetur, gratiam habituales seu
sanctificantem non esse ipsummet Spiritum
sanctum sicut perperam censuisse
Magistrum Sententiarum refert S. Thomas: /
sed ab ipso emanare tanquam effectum à cau-
sa.

Dicitur 2.^o Intrinsecè et perma- 54.
nenter inherens, contra Lutheranos et Cal-
vinistas, asserentes gratiam justificantem
esse extrinsecum Dei favorem, quo pecca-
ta condonat, et imputat Christi justitiam
seu merita.

Verum error iste deicitur 1.^o auto-
ritate S. Scripturae. 1. Tim. 4. Noli, inquit
Apostolus, negligere gratiam, quae in te est.
1. Joan. 3. Omnis, qui natus est ex Deo pecca-
tum non facit, quoniam semen Dei / id est
gratia sanctificans / in eo manet. Si ergo
gratia, juxta S. Paulum est in Timotheo,
si juxta S. Joannem semen Dei seu gratia
sanctificans manet in illo, qui ex Deo natus
est, tunc etiam utique intrinsecè et per-
manentè inheret. Ad Rom. 5. Charitas
Dei diffusa est in cordibus nostris per Spi-
ritum Sanctum, qui datus est nobis. Ergo

82. gratia habitualis seu Sanctificans est donum
Dei anime intrinsecus et permanentiter inha-
rens, atque ab ipso Spiritu Sancto, sicut effec-
tus à causâ, fructus ab arbore distinguitur,
fons... Spiritus est Caritas, galat. 5.

Sed magis directe confoditur Nova-
torum error cit. c. 5. ad Rom. ubi sic scri-
bit Apostolus: Sicut per unius delictum
in omnes homines in condemnationem:
sicut per unius justitiam in omnes homi-
nes justificationem vita. Sicut enim
per unius... inobedientiam peccatores
constituti sunt multi: ita et per unius oba-
ditionem justi constituentur multi. At-
qui non sumus constituti formaliter pec-
catores per solam extrinsecam imputa-
tionem peccati primi parentis, sed per
maulam interiorem, et per peccatum in-
trinsecè inhaerens, fatentibus adversariis.
Ergo neque sumus formaliter justi per
imputationem justitiae, sive Dei, sive Chris-
ti, sed per veram justitiam peccatum for-
maliter expellentem, et intrinsecus inhaeren-
tem. Nihil hoc tentu clarius.

55. Novatorum error hic deponitur 2.º auto-
ritate Traditionis SS. Patrum. S. Chryso-
stomus exponens idud Ephes. 1. Gratifica-
vit nos in dilectio Filio suo, sic ait: Hoc est
non solum liberavit à peccatis, sed etiam
fecit amabiles. Quomodo enim si quis ac-
ceptum aliquem habionum, et peste ac mor-
bo, senioque ac paupertate infectum, Sta-
tim formosum fecerit juvenem, omnes ho-
mines pulchritudine videntem, et postea
purpurâ induerit, et omni ornatu ornave-
rit; ita nostram instruit et ornavit ani-
mam, pulchramque fecit, desiderabilem,

amabilem; cupiunt enim Angeli talem as-
picere animam. Ita etiam nos fecit gratifi-
mos, et sibi desiderabiles; concupiscet enim,
inquit, Rex pulchritudinem tuam.

S. Ambrosius, lib. de iniriandis c. 4.
sic baptizatum alloquitur: Acepisti vesti-
menta candida, ut sint iudicium, quod
exueris involuorum peccati, indueris inno-
centia casta velamina.

S. Augustinus, lib. de Spiritu et Lettera,
c. 3. Charitas Dei, inquit, dicta est diffundi
in cordibus nostris, non quia nos ipsa diligit;
sed quia nos facit dilectores suos, sicut justi-
tia Dei, quia iusti eius munere efficiuntur
et Domini salus, quia nos salvos facit, et fi-
deles Domini nostri Iesu Christi, quia nos fi-
deles facit. Et Enchirid. c. 52. Quemadmo-
dum in illo / Christo / vera mors facta est, sic
in nobis vera remissio peccatorum; et quem-
admodum in illo vera resurrectio, ita in nobis
vera justificatio.

P. Bbbb.
pag. 43.

Auget Concilium Tridentinum, Sess.
6. Can. 11. ubi, Siquis, inquit, dixerit homi-
nes justificari.... exclusa gratia et charita-
te, quae in cordibus eorum per Spiritum Sanc-
tum diffundatur, atque illis inhaereat, aut
etiam gratiam, quae justificamur, esse tan-
tum extrinsecam favorem Dei, anathema
sit.

30. Retunditur error iste momen- 56.
tis Theologus. innum est S. Thoma, 1. 2. q. 110.
a. 1. Dilectio Divina, utpotè actiosa et
efficax, non presupponit bonum in creatu-
ra, sed illud causat. Ergo cum gratia dicat
specialem Dei dilectionem erga hominem,
necesse est fateri gratiam esse aliquid posi-
tivum homini concessum, ex supernatu-
rali Dei dilectione et benevolentia proce-

ans est. Innum
namentis ubi
lanto, sicut effe-
e distinguitur
tas, Galat. 5.
mpeditur. Hinc
m. ubi sic scri-
us delictum
mationem.
n omnes homi-
Sicut enim
peccatores
er minus oba-
multi. At-
maliter pec-
im impita-
tis, sed per
et peccatum in
us adversariis.
ter justis per
lucet, sicut lux
um peccatum. p.
transcendit in
vius.
deputatur. S. auto.
m. S. Augusti-
es. 1. Justifica-
lic aut. Hinc
atis, delictum
enim si quis ac-
- et peccatum
a infectum. Ita
nem omnes le-
entem et portu-
omatu omnia
tonavit ani-
desiderabilem

84. *gens.* 2^o *Dum* Per justificationem non
solum homo desinit esse malus seu peccator,
sed etiam fit bonus et justus. Atqui homo
non fit bonus per solum remissionem pecca-
torum, neque per denominationem extrin-
secam, seu imputationem justitiae alienae.
Ergo p. 3^o *Si* Gratia Sanctificans
est ipsamet justitia Christi per fidem appre-
hensa et imputata, parvuli non justifi-
cantur per baptismum; quia per fidem
justitiam Christi non apprehendunt, nec
sibi applicant, ut pote qui sunt incapaces
elicendi ulla actum. Atqui parvuli
justificantur per baptismum. *Ergo p.*

57. Dicitur 3^o. Per modum habitus
quo etiam significatur, gratiam habi-
tualem seu sanctificantem esse quid permanens,
ut jam prius in eadem definitione
dictum est, et distinctum ab actu fluente.
contra dictos Lutheranos et Calvinistas, nec
non quosdam Theologos Catholicos, qui ante
Concilium Tridentinum docuerunt gratiam
sanctificantem non esse quid permanens.
Imo post laudatum Concilium Vasquezius
docuit hominem justificari per justiti-
am actualem, seu per actus supernatura-
les virtutum, praesertim charitatis.

Probatum autem nostra sententia
iisdem momentis, quibus demonstravimus,
gratiam habituales esse quidam inin-
terius inherens.

Ulterius adhuc prob. ex Scriptura,
Joan. 14. v. 17. Apud vos manebit Spiritus
sanctus; et in vobis erit. v. 16. Alium ba-
ptisimum dabit vobis ut maneat vobiscum
in aeternum. v. 23. Ad eum veniemus, et
mansionem apud eum faciemus. 1. Cor. 6.

An nescitis, quoniam membra vestra templum
sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem ha-
betis à Deo, et non estis vestri? 2. Petri,
 c. i. Maxima et pretiosa nobis promissa dona-
vit, ut per hoc efficiamini Divina consortes
natura. 1. Joan. 4. v. 16. Qui manet in
charitate, in Deo manet, et Deus in eo. At-
 qui mansio et inhabitatio significant ali-
 quid permanens. Deus autem cum auerit
 aut recedit, non mutat locum, ut potè
 qui sit ubique, et omnem locum repleat,
 contineatque: Sed dicitur auerere, cum
 novo modo alicubi operatur; recedere vero,
 cum desinit operari, quamvis semper pra-
 sentissimus adsit. Sic dicitur redire spi-
 ritum hominis, qui deliquium passus fuerat,
 cum solitas operationes repetit. Deus ergo
 venit ad peccatorem, à quo recedere non po-
 tuit, quando illum excitat, et transeun-
 ter in illo operatur sanctam cogitationem
 et pium voluntatis affectum: manet au-
 tem in justo quamdiu per continuum in-
 fluxum justitiam et gratiam sanctifi-
 cantem, qua juxta Apostolum Petrum
 mox citatum sunt maxima illa et pre-
tiosa nobis promissa, in illo conservat,
 atque per illa eum, ut ait idem S. Petrus,
consortem facit Divina natura, ejusdem-
que seum animi, desiderii, et affectus.
 Justus quoque per charitatem in Deo ma-
 net; quia Gratia Sanctificans seu chari-
 tas ipsum auerit à terrenis cupiditatibus,
 omnes ejus potentias, sensus, appetitus,
 amores, operationes, cogitationes, intentio-
 nes ad Deum trahit, ut non nisi Deum et di-
 vina cogitet, intendat, suspiet, nec nisi
 in illo quiescat.

86.
58.

Prob. 2^o. ex Decretis Summorum Con-
tificationum et Conciliorum Generalium. Inno-
centius III. Cap. Maiores, tit. de Baptismo,
refert oppositas sententias Theologorum
circa baptismum parvulorum: alii con-
tendebant in parvulis originale quidem
peccatum remitti, sed fidem aut clarita-
tem, aliasque virtutes non infundi: alii
contra assererant, dimitti peccatum, et
virtutes infundi habentibus, illas quoad ha-
bitum, non quoad usum. Cui posteriori
sententia videtur adherere Summus Con-
tifier.

Sed clarius Concilium Viennense
Clementina de Summa Trinit. et Fide Catho-
lica, sic enim statuit: Quantum ad effec-
tum baptismi in parvulis; reperiantur
quidam Doctores Theologi opiniones con-
trarias habuisse. In quibusdam ex ipsis dicen-
tibus per virtutem baptismi parvulis qui-
dem culpam remitti, sed gratiam non
conferri: aliis e contra asserentibus, quod
et culpa eisdem in baptismo remittitur,
et virtutes ac gratia informans infun-
duntur quoad habitum. Nos... opinio-
nem secundam, tanquam probabiliorum
dictis Sanctorum, ac Doctorum moderno-
rum Theologiae magis consonam et concor-
dem, sacro approbante Concilio, duximus
deligendam.

Denique Concilium Trid. Sess. 5.
in Decreto de peccato originali, sub anathe-
mate absolute definit, 1^o Parvulos veraci-
ter baptizari in remissionem peccatorum,
ut in eis regeneratione mundetur, quod gene-
ratione contraxerunt. 2^o In eisdem
non solum tegi, aut non imputari, sed eti-

am tolli totum id, quod veram et propriam ^{87.}
peccati rationem habet. 3^o Quod novum
... induentes hominem: / innocentes, imma-
culati, puri, innoxii, ac Deo dilecti affecti
sunt, heredes quidem Dei, coheredes autem
Christi. Quae cum sine gratia sanctificante
stare nequeant, manifestum est, Concilium
definisse per Baptismum gratiam sancti-
ficantem parvulis infundi quoad habitum;
nam omnis actus sunt incapaces.

Prob. 3^o Ratione, parvuli, qui ad 59.
aetatem adultam perveniunt, per grati-
am baptismalem, quae supponitur in ipsis
permanere, non aliter sunt justis et sanc-
ti, quam alii adulti, qui per Sacramen-
tum poenitentiae Deo reconciliantur. Ergo
gratia sanctificans est in adultis aequè ac
in parvulis aliquid permanens per modum
habitus.

Diximus per modum habitus, enim
verò non omnibus, praesertim modernis phi-
losophis, videtur gratia sanctificans verus
ac proprie dictus esse habitus, vera ac proprie
dicta habitualis qualitas. * Hi enim, cum non
admittant accidentia realiter distincta à
Substantiis sive materialibus sive spiritua-
libus, contendunt gratiam sanctifican-
tem seu habitualem sufficienter explicari
per divinas impressiones et modificationes
in anima Justis permanentes per modum
habitus, qui tamen vera et proprie dicta
qualitas non sit, aut alia entitas realiter
distincta.

Unde quamvis à communi Theolo-
gorum loquendi usu recedendum non esse
arbitremur, gratiamque sanctificantem
appellandam esse qualitatem vel habi-

* Nulibi, inquit Bur-
chotius part. 2. Me-
taph. sect. 3. c. 6. pag.
519. quod sciam defi-
nitum est habitus in-
fusus: qualis est gratia
sanctificans: / esse enti-
tates quaedam spirituales,
et consequenter à mente
ita separabiles, ut sine
ipsa consistere queant.
... cum igitur ad fidem
nostram non pertineat
eos habitus tanquam
entitates defendere;
nomen latius est id de
his sentire, quod de la-

Summorum
valium. In
it. de Baptismo,
Theologorum
rum: alii con-
ginalis quidem
m aut clarita-
infundi: alii
secutum, et
illas quoad ha-
sui posterior
Luminis bon-
n hincense
et fidei. P. 16.
tum ad spec-
resistentur
fines con-
m ex ipso
mi parvulis qu-
gratiam non
aperantibus, que
sine venietur
bonam infun-
Nos... dicitur
m probabilior
orum modum
sonam et conser-
vatio; dicitur
m fidei. P. 16.
nali, sub anath-
e. Baruchus vni-
con peccatorum
videtur, quod ipse
2^o. In eadem
putari, ad etc.

89. tum, tamen fidei nos satisfacere consemus,
be originali donit. S. An-
gustinus, lib. 1. de nupt. Si dicamus gratiam illam esse aliquid in-
et corrup. n. 28. alias c. 25. Non enim, inquit,
substantialiter manet, quidquid tandem illud sit, quoumque etiam
sicut aliquod corpus aut nomine appelletur. Sed ut ad definitio-
nem nostram redeamus.
est quadam mala quali-
tatis, sicut languor. Cr-
ta si labe originalis,
qua non est imputat
imputata, sed men-
tam intrinsecus et per
manenter afficit, qua
dam sit affectio mala
qualitatis, sicut languor,
nihil ob stare videtur,
quominus boni habitus
dicantur affectiones bo-
nae qualitatis, ut robur
et valetudo.

60. Diuitur 4^o. Quo homo formaliter
et permanenter redditur justus, iusta
illud Rom. 5. Justificati gratis per gratiam
Sanctus, nempe immunis ab om-
ni labe peccati, ac plene firmiterque ad-
haerens cultui Divino. Deo gratus. Quo-
modo enim Deo gratus non esset, qui divi-
nae ejus voluntati in omnibus est consen-
tens? Filius Dei adoptivus, non deno-
minatione extrinsecâ et morali tantum,
quemadmodum in civilibus persona extra-
nea ad succedendum in hereditate assum-
pta diuitur pro filio adoptata. Nam 7.
Petri, c. 1. et 1. Joan. 3. gratia Sanctifi-
cans est donum et semen Dei, quo homo
fit consors naturae divinae, atque Christo
filio Dei naturali conjungitur tanquam
membrum capiti, eodem vivens spiritu:
Videte, inquit S. Joan. 1. c. 3. v. 1. qualem
charitatem nobis dedit Pater, ut filii Dei
nominemur, et simus. Denique Her-
edes vitae aeternae. Nam ex Apostolo, Rom.
8. Si... filii, et heredes; heredes quidem Dei
coheredes autem Christi, hoc est, ejusdem glo-
riae cum Christo participes.

61. Disputant etiam hii Theologi, num
Gratia Sanctificans seu habitualis sit quid rea-
liter distinctum à charitate. Affirmat S.
Thomas, quem sequuntur illius discipuli.
rationem afferunt, quia Charitas, ut potè
virtus per se infusa disponens ad operatio-

res supernaturales, debet supponere homi- 89.
nem in esse divinò et supernaturali consti-
tutum. Atqui quòd, antecedenter ad chari-
tatem, hominem in esse supernaturali consti-
tuit, nihil aliud esse potest, quam gratia
sanctificans, per quam nimirum efficiuntur
divinae consortes naturae, quemadmodum lo-
quitur Scriptura.

Illud ipsum videtur
agnoscere Concilium Viennense* citatà Clement. * celebratum an. 1311.
de Sum. Trin. ubi ait in Baptismo conferi sub Clemente V.
gratiam informantem et virtutes, adeoque
gratiam à virtutibus, quarum praecipua est
charitas, distinguere videtur. Idem face-
re videtur Concilium Trid. Sess. 6. c. 7. docet
enim ibidem justificationem fieri per sus-
ceptionem gratiae et donorum.

Contra negant Magister Sententia-
rum, S. Bonaventura, Scotus, Durandus,
et alii, Gratiam sanctificantem à chari-
tate realiter distinguere; quia in Scripturis
omnes effectus gratiae sanctificantis tri-
buuntur charitati. Caritas expellit pec-
catum, Luc. 7. Remittuntur ei peccata mul-
ta, quoniam dilexit multum. Hominem
reddit Deus gratum, Joan. 14. Qui diligit
me diligitur à Patre meo, et ego diligam
eum. Consortem efficit divina natura,
ac proinde filium adoptivum et heredem
i. Joan. 4. Qui manet in charitate in Deo
manet, et Deus in eo. Et Jacob. 1. v. 12. He-
cipiet coronam vitae, quam repromittit Deus
diligentibus se. Denique Caritas est
radix omnium bonorum operum, i. Cor. 13.
Caritas patiens est, benigna est, p.

Verum respondet prioris sententia
patroni, eisdem effectus tribui gratiae sanc-

90. tificanti et charitati, propter necessariam et inseparabilem utriusque connexionem; nam gratia sanctificans non potest existere sine charitate habituali, nec viceversa ejusmodi charitas absque gratia sanctificante. Et verò Apostolus Cor. cit. patientia, benignitas, et aliarum virtutum effectus charitati tribuit, quamvis tamen charitas à patientia, benignitate, aliisque virtutibus re ipsa distinguitur. Sed hanc controversiam Scholae dirimendam relinquimus; quia ad salutem fidelium nihil interest siue, an gratia habitualis seu sanctificans, et charitas realiter distinguantur, modo noverint, dona illa simul in justificatione conferri.

62. Porro existere gratiam sanctificantem abundè liquet ex dictis, adeo ut ad ejus existentiam probandam ultra excurrere opus laud sit. Justificati ergo ex fide, inquit Apostolus, Rom. 5. v. 1. pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum. Item 1. Cor. 6. v. 11. Abluti estis... Sanctificati estis... justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri. At haec sanctificatio, seu justificatio non fit nisi per gratiam sanctificantem, quae ex Concilio Toled. Sess. 6. c. 7. est unica causa formalis justitiae nostrae.

63. Praeter Charitatem ad rationem gratia sanctificantis etiam pertinere videntur aliae virtutes, quae, quia pariter à Deo animae infunduntur, infusa numerantur: sunt nempe et ipsae singularia Dei dona et gratia habituales; quia permanentes inhaerent, justificationemque integraliter perficiunt, sed insuper nomen

91.
fortiuntur virtutis; sicut enim natura,
puta hominis, ita est principium operatio-
num sibi consentanearum, nempe rationa-
lium, ut eas exercere non possit, nisi per po-
tentias sibi congenitas, intellectum scilicet
et voluntatem; sic gratia sanctificans, qua
ascendit homini velut nova natura, comites
individuas habet virtutes infusas, per quas
veluti per supernaturales potentias, super-
naturaliter operatur: sunt ergo virtutes,
quia ad bene operandum proximè dispo-
nunt: Virtus enim, juxta S. Augustinum
lib. 2. de lib. arb. c. 18. et S. Thomam i. 2. q. 55.
a. 4. est qualitas mentis, quâ rectè vivitur,
quâ nullus malè utitur, quam Deus in vo-
bis sine nobis operatur.

In justificatione ergo, qua est
effectus formalis gratiae habitualis, infun-
duntur virtutes Theologiae fides, spes et
charitas. Ita constat apud omnes Catho-
licos, idque expresse tradit Concilium Trid.
Sess. 6. c. 7. Infunduntur pariter om-
nes virtutes morales ordinis supernatura-
lis, ut sunt prudentia, justitia, forti-
tudo et temperantia &c. Ita communiter
Theologi post S. Thomam, i. 2. q. 63. et 65.
Id ipsum docet Catechismus Romanus,
qui inter effectus baptismi numerat no-
bilissimum omnium virtutum comita-
tum, quâ in animâ simul cum gratiâ
infunduntur. Et varò quemadmo-
dum, ut mox jam dicimus, natura ra-
tionali respondent intellectus et volun-
tas, qui sunt principia actuum rationa-
lium, ad quos inclinatur; ita etiam gratia
sanctificanti veluti nova natura debent

92. respondere habitus virtutum Supernaturalium, tanquam potentia Supernaturales, et principia actuum Supernaturalium, qui ipsi competunt.

Denique in eadem justificatione etiam infunduntur omnia dona Spiritus Sancti. Ratio est, quia dum justificatur homo, inseritur Christo tanquam membrum capiti, ut spiritu ejus vivat et regatur; juxta illud Rom. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus: justus ergo debet disponi ad excipiendas omnes monitiones Spiritus Sancti: disponitur autem ad ordinarias per habitus virtutum, ad extraordinarias vero per dona. Ita docet S. Thomas, 1. 2. q. 68. a. 2. Ex quibus sequitur, gratia habitualis appendices esse virtutes Theologicas, morales infusas, et Spiritus Sancti dona, de quibus singulis sequenti Tomo tertio Theologiae nostrae fuimus et ex instituto agemus, interim legi potest Tractatus de Doctrina Christiana Philosophiae nostrae praefixus.

64. Quae hic adhuc solet, quodnam sit immediatum gratiae habitualis Subjectum. Qui gratiam à charitate distinguunt, gratiam habitualement immediatè in essentia anime tanquam in Subjecto residere contendunt, idque probant ratione S. Thomae, atque ajunt: Illud est immediatum gratiae habitualis Subjectum, cui gratia Dei filiationem tribuit; is enim est formalis gratiae Sanctificantis effectus. Atqui gratia habitualis anime divinam filiationem

~~bonum~~ tribuit, juxta illud 1. Joan. 3. 93.
Videte qualem charitatem nobis dedit Pa-
ter, ut filii Dei nominemur et simus.

Qui verò negant gratiam à chari-
tate distingui, timentur gratiam habitua-
lem in voluntate immediatè recipi, provin-
de hanc illius immediatum esse Subjec-
tum: ajuntque 1^o. Ad solam volunta-
tem pertinet actu diligere. Ergò et reci-
pere habitum dilectionis, qui idem est
Substantialiter cum gratiâ sanctifican-
te. 2^o. duo sunt in animâ non susci-
piunt magis et minus, ut videre est in
intelectu et voluntate. Atqui gratia
habitualis suscipit magis et minus, ut pa-
tet ex eo, quòd justitia in omnibus justis
non sit equalis. Verùm parùm,
nostro judicio, quis sollicitus esse debet,
an gratia immediatè in animâ an in
voluntate infundatur, dummodo eam
recipiat, p.

Solvuntur objectiones. 65.

Contra secundum membrum defi-
nitionis nostræ, quò diximus, gratiam
habitualement esse donum Dei intrinsicè,
et permanentè inherens, Obijciunt 1^o.
Narratores. Illud Psal. 142. Non justifi-
ficabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Ergò gratia sanctificans seu justificans
non est quid intrinsicè et permanentè
anima inherens; sed solummodo est ex-
trinsecus Dei favor, quò peccata remittit
vel imputat Christi justitiam, vel est
ipsa Dei justitia, quâ nempe Deus justus est.

Resp. neg. cons. Sensus Galuista est, neminem sine speciali privilegio carere omni omnino culpa etiam veniali: vel neminem ex se et sine gratia et misericordia Dei posse justificari.

66. Ob. 2^o. Rom. 10. Ignorantes justitiam Dei, et haerentem quaerentes statuere, justitia Dei non sunt subiecti. Ergo: p.

Resp. neg. cons. Per justitiam Dei intelligitur justitia vera nobis inherens, qua Deus nos justos intrinsece facit propter merita Christi; et per suam justitiam, seu justitiam Judaicam intelligitur justitia externa et legalis consistens in externa legis observatione, cui quia nimium confidebant et adherebant Judaei, noverunt se subijcere fidei Christi, nec consequenter verae Dei justitiae, qua per fidem, per dilectionem operantem comparatur. Quare ibi reprehenduntur Judaei, quod culpabiliter ignorantes veram justitiam internam, qua à Deo ex meritis Christi confertur, contenti sint justitia legali, qua merè externa est.

67. Ob. 3^o. 1. Cor. 1. De Christo sic habetur: Qui factus est nobis Sapientia à Deo, et justitia, et sanctificatio. Ergo justitia Christi est causa nostra justificationis, haecque perficitur per imputationem justitiae Christi absque interiori nostra immutatione.

Resp. Dist. cons. Justitia Christi 95.
 est causa nostra justificationis efficiens
 et meritoria, conc. formalis, hoc sensu,
 quod imputata nobis justitia Christi abs-
 que interiori dono, quod anima inherereat,
 nos justos reddat. neg. cons. Eadem quippe
 ratione Christus ab Apostolo dicitur fac-
 tus nobis justitia et sanctificatio, quo
 modo dicitur factus nobis sapientia,
 quod nos sapientes fecerit per sua meri-
 ta, non autem quod per illius sapienti-
 am formaliter sapientes simus. Causa
 ergo hic appellatur nomine effectus per
 metonymiam*, que soepe in Scriptura
 adhibetur. Sic dicitur Psal. 26. Domine
illuminatio mea et salus mea. Et Psal. 17.
Diligam te, Domine, fortitudo mea. Hoc
 est, causa illuminationis, salutis, et for-
 titudinis mea.

* Metonymia tropus,
 idem est, ac nominum
 translatio seu unius in
 alterum mutatio.

Ob. 4^{to} 2. Cor. 5. v. 19. Deus, inquit 68.
Apostolus, erat in Christo mundum reconci-
lians sibi, non reputans illis delicta ipso-
rum. Ergo, p.

Resp. neg. cons. Apostolus hic ex-
 presse loquitur de una tantum justifica-
 tionis parte, qua in peccatorum remissio-
 ne posita est, non excludendo aliam con-
 sistentem in infusione justitia inheren-
 tis, de qua alibi expresse agit; imo de
 utraque simul, ut Colos. 1. 2. Et vos... con-
vivificavit cum illo, donans vobis omnia
delicta.

Ob. 5^{to} Iterum 2. Cor. 5. v. 21. De 69.
 Christo ait idem Apostolus: Pro nobis peccatum
fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in

96. ipso. Ergo cum justificamur justitia Dei.
Imputat nobis imputatur p.

Resp. neg. cons. Sensus Apostoli textus est iste: Christum sibi et à Deo Patre factum esse pro peccatis nostris hostiam, ut nos propter ejus merita efficeremur justis justitiâ Dei, non quâ ipse justus est, sed quâ nos intrinsecè justos facit. Ine justitia nobis inhaerens dicitur justitia Dei, quia nobis à Deo donatur, et nos justos coram Deo et verè facit, ut docet S. Augustinus, tract. 26. in Joan. his verbis: Justitia Dei dicitur, non quâ Deus justus est, sed quam dat homini Deus, ut justus sit homo per Deum.

70. Ob. 6^{to} Rom. 5. idem Apostolus ait: Sicut... per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita et per unius obedientiam justis constituentur multi. Ergo obeditio Christi est nostra justitia seu justificatio, adeoque non est nobis intrinseca.

Resp. Dist. cons. Obeditio Christi est nostra justitia efficienter et meritorie, cons. formaliter et per solam imputationem, neg. cons. Ibi Apostolus confert Adamum cum Christo, docetque, quod sicut per primi inobedientiam peccatores constituti sunt multi; ita per secundi obedientiam justis constituentur multi. Atqui inobedientia Adamii non est causa formalis, sed efficiens peccati originalis posterorum, fatentibus ipsis adversariis, qui cum Catholicis agnoscunt /: quamvis sensu haeretico: peccatum originale inesse unigue proprium. Ergo in mente Apostoli

obedientia Christi non est justitia nostra 97
formalis, sed est causa efficiens et meritoria,
cur justitia à Deo nobis infundatur, et in-
hereat.

Inst. 1.^o Ratio propter quam Deus
diligat justum, est causa formalis justifi-
cationis nostrae. Atque ratio propter quam
Deus diligit justum, est Christi justitia et
meritum. Ergo causa formalis justifica-
tionis nostrae est justitia et meritum Christi.

Resp. neg. maj. Quia aliud non est
motivum, quo Deus creaturas diligit, quam
ejus bonitas infinite sui communicativa;
ac proinde gratia sanctificans est effectus
sui terminus divini amoris, non verò cau-
sa; at est causa formalis justificationis
nostrae, quia re vera justos, sanctos ac Deo
gratos efficit.

Inst. 2.^o Causa formalis, propter
quam proximum diligimus ex charitate,
est bonitas divina in eo refluens. Ergo à
pari causa formalis justificationis nos-
trae est justitia et meritum Christi.

Resp. neg. cons. et paritatem. Dis-
paritas est, quod homines quidem bonum
supponant in iis, quos diligunt; at con-
trà Deus amando homines ex malis bonos
efficit. Dilexit nos in Christo ante mun-
di constitutionem; quia per Christum
mediatorem nostrum voluit nos ad se
ducere. Quà bonitate peccatores in tem-
pore per Christi merita pervenit, ut
justi fiant, eadem bonitate justos effi-
cit, et eatenus novò et longè excellen-
tiori modo illos diligit; quia nova

98. et longè excellentiora dona in ipsis producit et conservat, nempe gratiam sanctificantem cum ejus appendiciis.

Just. 3^o. Absurdum est dicere, Deum parvulos nondum renatos odire propter Adamum, quia peccatum originale in ipsis existens est motivum distantiat et ratio formalis odii divini. Ergò pariter si in justis admitteretur gratia sanctificans, tanquam ratio formalis divini amoris, abusive dicerentur à Deo diligi in Christo, vel propter Christum.

Resp. neg. cons. et paritatem. Quia latum est discrimen inter odium divinum et amorem divinum: Adammum quoque inter et Christum. Odium quippe divinum habet culpam, quod est ejus objectum, non facit sed supponit: amor vero divinus bonum, circa quod versatur, efficit, non supponit. Deinde Adamus non est caput posterorum eo singulari modo, quo Christus est caput renatorum, quamvis enim parvuli ex origine per Adami inobedientiam corruptam trahant peccati maculam; Adamus tamen jam sanctus et beatus illam directe non impertit; quemadmodum Christus, qui factus est nobis sanctificatio et justitia, sanctitatem influit. Unde Deus parvulos nondum renatos odit, non propter Adamum proiisè, sed propter peccatum originale in ipsis existens. Contra vero renatos diligit in Christo, et propter Christum, qui per gratiam sanctificantem et communicatio-

* recole ea, quae in Philosophia nostra moraliter Ethica c. 5. §. 1. et hic in Tract. de Deo, part. 1. c. 3. §. 1. in Resp. ad ob. 2. pag. 53. et alibi passim adnotavimus.

nem huius Spiritus in ipsis vivit, et operatur, 99.
ut impleatur, quod Patrem rogaverat pri-
die Passionis huius, Joan. 17. v. 21. et 26. Ut
omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et
ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint; ut
credat mundus, quia tu me misisti; hoc
est, tam illustri exemplo vite sanctioris
mundum ad me trahant; et dilectio, quã
dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis, ut
potè unum totum conficientibus confla-
tum ex capite et membris.

Ob. 7^o Ephes. c. i. v. 6. De Deo ait 71.
Apostolus: Nos acceptos seu gratiosos habuit
in dilecto filio suo. Ergo, p.

Resp. neg. cons. Huius loci, qui sic
in vulgata legitur: Gratificavit nos in di-
lecto filio suo: sensus est, Deum nos sibi
gratos effecisse propter merita filii sui, in-
fundendo scilicet nobis veram sanctitatem,
per quam formaliter sumus ipsi grati, jux-
ta illud, v. 4. Elegit nos in ipso ante mun-
di constitutionem, ut essemus sancti et
immaculati in conspectu eius in charita-
te.

Ob. 8^o idem Psal. 31. Beati, quo- 72.
rum remissa sunt iniquitates, et quorum
tecta sunt peccata: Beatus vir, cui non im-
putavit Dominus peccatum. Ergo peccata
in justificatione non delentur, sed tegun-
tur duntaxat per Christi justitiam creden-
tibus imputatam.

Resp. 1^o opponendo alios Scriptu-
rae textus huc clariores, Psal. 50. Lavabis me,
et hyper nivem dealbabor; nulla sane ma-
cula in homine sic dealbato. Haie, 44.

100. Delevi ut nubem iniquitates tuas. Rom. 8.
Nihil ergo nunc damnationis est tuis, qui
sunt in Christo Jesu. 1. Cor. 6. Haec quidem
frustis, sed abluti estis, sed sanctificati estis.
Ephes. 5. Dicit Apostolus, Christum se ipsum
tradidisse, ut exhiberet ipse tibi gloriosam
Ecclesiam, non habentem maculam aut ru-
gam.

Resp. 2^o. Peccata in justificatio-
ne teguntur, quomodo dicimus tegi colo-
rem album, cum, superinducto colore nigro,
evanesit albus. Ita hunc Psalmi locum
interpretati sunt Sancti Patres. S. Augus-
tinus, enarrat. in Psal. 31. Ne sic intelligas,
inquit, quod dixit peccata cooperta, quasi
ibi sint et vivant. Et quest. 108. in Exod.
dicit fieri confessionem peccatorum, ut per
gratiam tegantur, hoc est, aboleantur. Item
lib. 1. contra duas epistolas Belagii, c. 13. Di-
mus, inquit, Baptismum auferre crimina,
non radere. Enimvero quis beatum dice-
rit hypocritam, qui oculis hominum abscon-
dit cordis malitiam? nam oculis Dei omnia
sunt peruia et manifesta. Peccata ergo co-
ram Deo tegi nequeunt, nisi prius abolean-
tur. Adductus Psalmus 31. tres gra-
dus in justificatione distinguit: 1^o Deus
peccata remittit, cum jam propitius praeve-
nit peccatorem, et praeteritam offensam con-
donat. 2^o Peccata tegit, cum justitiam
et charitatem superinduit tanquam formam
peccatis oppositam, et eorum expultricem.
3^o Peccata non imputat, cum insuper rea-
tum poena temporalis expungit, ut in Bap-
tismo. Unde S. Basilius in hunc Psalmi lo-
cum ait, plus esse peccata tegere quam

101
remittere; et non imputare, quam tegere.
Quamquam plures Interpretes existimant
tria illa verba esse prorsus Synonyma.

Inst. ex Apostolo Galat. 3. v. 24. Qui-
cumque... in Christo baptizati estis,
Christum induistis. Ergo justitiā Christi per
fidem apprehensā circumdamur tanquam
vestimento, quo teguntur corporis maculae
et deformitates.

Resp. neg. cons. et parit. Qui enim
vestem assumit, non exuit maculas et defor-
mitates corporis, sed tegit duntaxat. At ex
eodem Apostolo Coloss. 3. v. 9. qui induit Chris-
tum, exuit veterem hominem, adeo ut nihil
in eo remaneat peccati et damnationis, expo-
nantes vos, inquit, veterem hominem cum
actibus suis, et induentes novum. Nihil ergo
nunc damnationis est vobis, qui sunt in Christo
Jesu, Rom. 8. v. 1. Et ibid. c. 6. v. 2. et 4. Mor-
tui sumus peccato.... ut quomodo Christus
surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita
et nos in novitate vitae ambulemus. Atque
Christus resurgens corruptionem carnis, et
mortalitatem non tenuit per indumentum
gloriae: sed prorsus deposuit. Ergo pariter
ad mentem Apostoli ita Christum in Bap-
tismo induimus, ut omnem peccati macu-
lam exuamus. Porro Apostolus justi-
ficationem depingit sub metaphora indu-
menti, ut ostendat, eum, qui exiit e fonte
baptismali, vel ex tribunali poenitentiae,
sicut interiori vivit Spiritu Christi, ita
debere Christum ad vivum in exteriori
conversatione exhibere; quemadmodum
Spem Regis referet, qui regia veste opes
indutus. Justificati ergo Christum in-

Brim. SICCCC
pag. 51.

102. Imunt, quatenus fiunt Christo similes per ve-
ram et intrinsecam Sanitatis et virtutum
eius participationem.

73. Ob. 9^{mo} S. Bernardus Ep. 190. ait:
Iustum me dixerim, sed idius justitia, nem-
pe Christi. Ergo p.

Resp. neg. cons. S. Bernardus huc
justitiam presentis Status vocat justitiam
Christi, quia gratuito propter illius merita
donatur, ut patet ex contextu. Ibi enim re-
fedit errorem Abailardi doctis, Christum
nobis duntaxat doctrinam et exemplo profuisse.

74. Ob. 10^{mo} Sententia nostra facit
injuriam Christo, et dat homini occasionem
superbiendi. Ergo, p.

Resp. neg. ant. Quia profitemur
justitiam idam nobis inhaerentem à Christo
provenire et pendere, nec conferri nisi prop-
ter eius merita: unde justitiam nostram illi
totam referimus acceptam, nec ulla inde
nobis datur causa superbiendi. Imò adver-
sarii gravem injuriam Christo inferunt, ne-
gando Christum nobis justitiam inhaerentem
promeruisse, quã verè et intrinsecè justi-
simus.

75. Ob. 11^{mo} Contra 3^{tim} mem-
brum Definitionis nostra; ubi statuimus
formalem justificationem reponendam
esse in gratia habituali, non verò actuali.
Rom. 2. v. 13. Factores legis justificabun-
tur, inquit Apostolus. Jacob. 2. Vide-
tis, quoniam ex operibus justificatur ho-
mo. Et i. Joan. 3. Qui facit justitiam,
justus est. Ergo juxta S. Scripturam for-
malis justificatio reponenda est potius in ac-
tibus supernaturalibus virtutum, præser-

tim charitatis, quam in gratia habituali; ^{103.}
et quidem iuxta omnium hominum mentem,
apud quos justum esse, nihil aliud est, quam
bene operari.

Resp. neg. cons. Namque ex lauda-
tis textibus colligi tantum potest, quod
homo bonis operibus vel disponitur ad jus-
tificationem, vel meretur in justitia
augeri, vel probat se esse justum, iuxta
illud Jacobi, 2. v. 18. Ego ostendam tibi ex
operibus fidem meam. Et haec omnium
hominum mens esse debet.

Ob. 12^{mo} Si Scriptura et Conci- 70.
lium Tridentinum non possint intelligi
nisi de justitia habituali, erit de fide ho-
minem justificari per gratiam habitua-
lem. atque de fide non est p. Ergo.

Resp. Quamvis id aliqui Theolo-
gi negent, nobis tamen de fide esse
videtur, atque ut tale cum multis gra-
vibus Theologis arbitramur à Concilio
Trident. definitum, auctoritate Catechis-
mi Romani fulti, qui sic habet ubi de
Baptismo: Est autem gratia, quemad-
modum Tridentina Synodus ab omnibus
verendum poenam anathematis proposita
decrevit, non solum per quam peccato-
rum fit remissio: sed divina qualitas
animae inherens.

Ob. 13^{tio} Concilium Trid. voluit 77.
tantum damnare haereticos asserentes, im-
pium justificari per justitiam Christi ei
imputatam, non vero per justitiam ipsi
intrinsicam. Ergo p.

Resp. Concilium voluit quidem

104. Damnare haereticos id docentes; sed ex occasione
hujus erroris voluit etiam explicare naturam
justitiae inherens. Unde formam aliquam
sanctificantem distinctam ab omni actu justitiae,
habitualmente inherentem et permanentem,
quae vocatur gratia habitualis, dari, fidei
constare, et definitum esse à Concilio Tridentino.
Sess. 6. c. 7. arbitramur; actum vero charitatis
vel perfectae contritionis non justificare nisi
dispositivè, seu per modum ultimae disposi-
tionis.

78. Ob. 14^{to}. Inutilis est justitia illa
habitualis. Ergo.

Resp. neg. ant. Imò verò necessaria
est secundum legem ordinariam, et conve-
nientem providentiam ad hoc, ut homo ha-
beat permanentem principium intrinsecum,
proportionatum actibus meritorius vitae aeternae,
atque ita sit intrinsecè et permanen-
ter habilis ad actus illos modo conaturali
efficiendos. Praeterea cum justitia inhae-
rens sit realiter ipsa gratia sanctificans, per
quam constituimur Dei filii adoptivi et
heredes, debet esse aliquid permanens et ha-
bituale.

§. Secundus.

79.

De Justificatione.

Quinam sint gratia habitualis
seu sanctificantis effectus, sat abundè in-
ferimus, ex iis, quae §. precedenti circa
illius essentiam discernimus, patet. 1^o nam-
que, omnia etiam gravissima peccata,
quibus non minus opponitur, quam fri-
gori calor, lux tenebris, statim expellit,
ac delet. Psal. 5. Omnes iniquitates meas
dele. 2^o. Corda eorum, in quibus

diffunditur, sic immutat ac innovat, ut ^{105.}
ex impiis, injustis et peccatoribus, forma-
liter efficiat justos, pios ac sanctos; juxta
idud, 1. Cor. 6. Et haec quidem fuistis; sed ablu-
ti estis, sed sanctificati estis, sed justificati
estis. Et ad Rom. 5. Justificati per gra-
tiam ipsius.

3^o. Ex inimicis et Deo exo-
lis reddit amicos, dilectos, cives sanctorum et
domesticos Dei. Ad Ephes. 1. In laudem glo-
riae, gratiae suae, in qua gratificavit nos in
dilecto filio suo. Et c. 2. Et cum essetis mor-
tui peccatis, convivificavit nos in Christo; cu-
jus gratia estis salvati; et conresuscitavit et
consedere fecit in caelestibus in Christo Jesu.

4^o. Per illam fiunt homines divina
natura consortes, quemadmodum declarat S.
Petrus 2. sua Epist. c. 1. Per quem maxima
et pretiosa promissa nobis donavit, ut per
haec efficiamini divinae consortes naturae.

5^o. Per eandem homo efficitur filius
Dei adoptivus, non denominatione extrinse-
ca sicut taxat et morali, sed verò etiam quo-
dam ac proprio sensu. Hinc 1. Joan. 3. Videte
qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii
Dei nominemur et simus.

6^o. Denique,
quod ex dictis sequitur, gratia sanctificans
hominem constituit heredem vitae aeternae.
Si filii, inquit Apostolus Rom. 8. et heredes,
heredes quidem Dei, coheredes autem Chris-
ti, hoc est ejusdem gloria cum Christo par-
ticipes, hancque singula pietatis opera,
hujusmodi adoptionis gratia sanctifica-
ta verè ac proprie de condigno merentur.

Inter insignes illos ac eximios Gra- 80.
tiae habitualis effectus, duo potissimum sunt,
justificatio scilicet et meritum, de quibus
gravissima occurrunt controversiae Catho-

106. hicos inter et Aetholios. Quae circa iustificati-
cationem sunt, praesenti S. explanabun-
tur a nobis; quae autem de merito sunt,
sequenti.

Nomine iustificationis hu intel-
ligitur acquisitio iustitiae qua quis Deo
gratus efficitur: hoc sensu loquitur Apo-
stolus Rom. 3. cum ait: Iustificati gratis
per gratiam ipsius.

Circa iustificationem hic sumptam
tria praesertim quae solent. 1^o Quenam
praevia sint ad ipsam dispositiones. 2^o Qua-
enam sit illius natura. 3^o Quenam pro-
prietates. De his consulendum est Con-
cilium Trident. Sess. 6. quae est de iustifica-
tione, ubi clarissime et invictissime capi-
tibus sexdecim, et triginta tribus Canoni-
bus exponitur ac definitur Catholicum
dogma; ad cuius Concilii praeviam mentem
hic adversus Aetholicos decernere nobis
est animus.

81. Quod naturam iustificationis pec-
tat, non opus arbitramur, ut in, quae de
ea S. praecedenti disputavimus, quidquam
addamus, sufficienter enim ostendimus, in
ea peccata vere tolli quoad culpam et non
solum tegi. Eam non in sola peccato-
rum remissione consistere, sed interiorum
in super hominis renovationem formaliter
includere. Eam denique fieri for-
maliter per donum aliquod internum et
animo inherens; seu consistere in forma
aliqua intrinseca, quae animae inhaereat.
Ergo solum hu nobis quaestio est de praevia
ad illam dispositionibus; necnon illius pro-
prietatibus p p.

Circa
praesentibus
exponitur
tem in parv
nem. cons
habitione
is impotes
non peccati
Sess. 7.
qui ducunt
rationis per
universo
potuit illis
hominum hom
titia a Deo
est tum qui
adultum no
sua disposit
ita sit; no
praesent in
Chil. 18. v. 2
triam... vit
Petrus Inle
territis, ait
baptizetur
S. Philippus
flagitanti
toto corde h
ri. Tritu
tum: qui f
fiat te h
afferi pote
nes homin
concedat, p
illi gratis
pontiant, h

107.
82.

Circa hujusmodi ergo dispositiones
queritur 1^o an ad justificationem sint ne-
cessaria. Quia de re certum est 1^o Nul-
lam in parvulis aut eam requiri dispositio-
nem. constat id ex universali Ecclesie
Traditione, quo parvulos, quamvis ratio-
nis impotes, hactenus baptizavit in remissio-
nem peccati originalis; unde Concilium
Trid. Sess. 7. Can. 13. Dicit anathema is,
qui docuerint parvulos, cum ad annos dis-
cretionis pervenerint, esse rebaptizandos.
Eminere si inobedientia primi hominis
potuit illis nocere, à fortiori obedientia
Secundi hominis, qui factus est nobis jus-
titia à Deo, illis proderit. 2^o Certum
est tum apud Catholicos tum Acatholicos
adultum non justificari sine prævia
sua dispositione, quæcumque tandem
ida sit; nam Scriptura spem veniæ non
probat nisi peccatoribus dispositis, Eze-
chiel. 18. v. 21. Si... impius egerit poeniten-
tiam... vitæ vivet. Act. 2. Apostolus
Petrus Judæis sua prædicatione con-
territis, ait: Poenitentiam agite et
baptizetur unusquisque vestrum. Act.
8. Philippus Eunuchum baptismum
efflagitanti respondet: Si credis ex
toto corde licet, nimirum te baptiza-
ri. Tritum est S. Augustini effa-
tum: qui fecit te sine te, non justifi-
fiat te sine te. Nec alia ratio
afferri potest, cur Deus, qui vult om-
nes homines salvos fieri, aliis veniam
concedat, pluribus denegat, quam quod
illi gratia, quæ se se disponant, con-
sentiant, hi resistant.

Sed gravis existit controversia Catholicos inter et Aetholicos, quae sit necessaria dispositio ad justificationem. Hicquippe univiam agnoscunt, nempe fidem, non qualemcumque, sed quae peccator credat pro certo, se esse justificatum, et hibi specialim applicari promissiones peccatoribus generatim factas, x^o. contra quos ponitur

* vide dicta supra generatim factas, x^o.
c. 2. §. 8. num. 13. 83.

Conclusio, ma

Fides, quae necessaria est ad justificationem*, non est specialis promissionum fides, sed est dogmatica seu catholica fides, assensus scilicet firmus ac certus rebus omnibus à Deo revelatis.

* Indubium quod omnes est, in adultis ad justificationem requiri fidem aliquam; enimvero sine fide impossibile est placere Deo. ait Apostolus, Heb. c. ii. v. 6. Et Conc. Trid. Sess. 6. c. 8. et c. 8. fides, ait, est humana salutis initium, fundamentum et radix omnis justificationis, sine qua impossibile est placere Deo.

Prob. 1^o ex Scripturis. Apostolus Heb. ii. fidem describens sic habet: Fides est sperandarum substantiarum verum, argumentum non apparentium. En quo sic arguimus: Ibi loquitur Apostolus de fide justificante, ut aperte indicant verba quae immediate procedunt, justus ex fide vivit; et ista, quae sequuntur, sine fide impossibile est placere Deo. Atqui fides illa non est specialis promissionum fides, seu actus, quo quis credit, aut certo confidit peccata sibi esse remissa propter Christum; sed est assensus firmus vis, quae sunt à Deo revelata; quod probatur. tum ex illis verbis, argumentum, hoc est demonstratio et convictio, non apparentium, quatenus scilicet fides fuit, ut intellectus omnino assentiatur rebus à Deo revelatis, licet obscuris et invidentibus: tum ex illis aliis, fide intelligimus aptata esse saecula: et rursus, accidentem ad Deum oportet credere, quia est p. tum denique quia toto illo capite, ubi fidei pluri-

realis tribu
miseratione
justificari co
mentis. Hy
Pro
ubi sic dep
ficantem n
miseratione
Christum a
Prot
Fides quam
um agitat,
justificatio
in obsequio n
se, sed velo
miracula: cor
requisite
lit. 2^o
paucis cap
tinet, multum
cordia special
tantum est mon
ca salutem
des justifican
et peccatorum
positio ad ill
Dei misericor
confidit se
Christum, n
nec peccato
procederet,
credetur in
talis fides n
fides justif
que verisim
cantur nec

ma alia tribuit Apostolus, de illa specialis ^{109.}
misericordia Dei fide seu fiducia, qua homines
justificari contendunt Catholicis, nulla sit
mentio. Ergo p.

Prob. 2^o. ex Concilio Trid. Sess. 6. Can.
12. ubi sic definit: Siquis dixerit, fidem jus-
tificantem nihil aliud esse, quam fiduciam
misericordia divina peccata remittentis prop-
ter Christum anathema sit.

Prob. 3^o. momentis Theologicis. 1^o
Fides, quam requirebat Christus ab iis quibus-
cum agebat, erat fides justificans, seu ad
justificationem disponens. Atque illius fi-
dei objectum non erat specialis Dei misericor-
dia, sed vel omnipotentia, vel mysteria, vel
miracula: eorum enim sunt anathema fidem ab
iis requisisse legitur, quibus peccata dimi-
sit.

2^o. In Symbolo Apostolico, quo
praecipua capita ad salutem necessaria con-
tinet, nullum occurrit verbum de miseri-
cordia specialis fide, qua apud Adversarios
tanti est momenti, ut nullus adultus sine
ea salutem consequi possit.

3^o. Fi-
des justificans praecedit justificationem
et peccatorum remissionem, cum sit dis-
positio ad illam. Atque fides de speciali
Dei misericordia, qua quis credit vel certo
confidit sibi remissa esse peccata propter
Christum, non praecedit justificationem
nec peccatorum remissionem: Si enim
praecederet, esset falsa, per illam enim
crederetur id esse, quod nondum est. Ergo
talis fides non est fides justificans; nam
fides justificans est fides divina, ideo-
que verissima.

4^o. Qui justifi-
cantur nec certo sciunt, aut scire possunt,

110. sibi ex speciali misericordia Dei peccata dimitti,
ut infra ostendemus Conclusionem 3^{ti}a Ergo.

5^o Ideo Catholici remissa sunt pec-
cata, quia remissa esse certo credunt, ideo
autem remissa esse certo credunt, quia re-
missa sunt remissa. Sed hoc est circulus vitio-
sus. Ergo.

89.

Conclusio 2^a

Sola fides non justificat. Prob.
1^o ex Scripturis, quae praeter fidem alios
actus ad justificationem requirunt. Sili-
cet, 1^o actum timoris, Ecclesiastici i. v. 27.
Timor Domini expedit peccatum. 2^o

Actum Spei, Prov. 28. v. 25. Qui sperat in
Domino, sanabitur. 3^o Dilectionem, Luca
7. v. 47. Remittuntur ei peccata multa, quo-
niam dilexit multum. 4^o Poenitentiam,
Act. 3. v. 19. Poenitemini... et convertimini,
ut deleantur peccata vestra.

Proterea S. Jacobus in sua Epistola
canonica, in eo penè totus est, ut ostendat
non solam fidem justificare: clara sunt
et aperta quae leguntur c. 5. Sicut corpus
sine spiritu mortuum est, ita fides sine
operibus mortua est.

Prob. 2^o ex Concilio Trid. sess. 6.
Can. 9. ubi sic definitur: Si quis dixerit
sola fide hominem justificari... anathe-
ma sit.

Prob. 3^o Ratione. 1^o Vox haec sola
iuncta cum fide justificante nullibi in Scrip-
tura reperitur, imò fidem non sufficere,
ut quis justificetur S. Jacobus expresse scrip-
sit in sua Epist. c. 2. v. 24. Videtur, ait, quia
ex operibus justificatur homo, et non ex
fide tantum. 2^o Fides separata
à dilectione non justificat. Nam 1. Joan.

2. v. 14. Qui non diligit manet in morte. At ^{iii.}
qui fides vera et christiana potest separari
à dilectione, ex Apostolo 2. ad Cor. 13. v. 2.
ubi sic loquitur: Si habuero omnem fidem, ita
ut montes transferam, charitatem autem non
habuero, nihil sum. Ergo.

Et verò fidem solam habentes possunt
esse adulteri, fures, avari, ebriosi, maledici.
Atque ex eodem Apostolo 1. Cor. 6. hujusma-
di facinoribus debiti, regnum Dei non possi-
debunt. Ergo.

Unde constans universalis Ecclesia
ab ipsorum Apostolorum tempore praxis ob-
tinuit, ut variis virtutum operibus sive
Catechumeni ad baptismum, sive lapsi
post baptismum ad Sacramentum poeniten-
tiae disponerentur. Unde etiam, cate-
ris protermisissis SS. Patribus, Chrysostomus
ait hom. 7. in Matth. Ne fideles solâ fide
se salvari posse confidant. Et Augusti-
nus, serm. 22. de verbis Apostoli: Domus
Dei credendo fundatur, sperando erigitur,
diligendo perficitur.

Igitur proter fidem sex adhuc
actus requiri, quibus impii ad justitiam
disponantur, statuit Concilium Triden-
tinum Sep. 6. c. 6. 1^o fidem esse ini-
tium salutis docet Apostolus Heb. ii. Crede-
re enim oportet accedentem ad Deum.*

* vid. supra not. marg. a
n. 83.

Fides, inquit Clemens Alexandrinus, lib. 2.
Strom. est ad salutem inclinatio, post quam
timor, et spes, et poenitentia. Et S. Au-
gustinus, lib. de predest. Sanct. c. 1. Fides, ait,
prima datur, ex qua cetera impetrantur.

2^o Requiritur timor Dei, de quo di-
citur Eccli. i. Qui sine timore est, non po-
teat justificari. Item, timor Domini

112. expedit peccatum. De eodem quoque S. Augustinus, lib. de catechizandis rudibus, c. 5. haec ait: Parissime accidit, imò verò nunquam, ut quisquam veniat volens fieri Christianus, qui non sit aliquo timore Dei perculsus. Et tract. 9. in Epist. Joan. Timor Dei sic vulnerat, quomodo Medici Sacramentum putredinem tollit. Opus est ergò ut intret timor, per quem veniat charitas; Timor, medicamentum; charitas, sanitas.

3^o. Spes disponit ad iustitiam, Prov. 28. Qui... sperat in Domino sanabitur. Matth. 9. Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua. Hinc S. Ambrosius, lib. 1. de poenit. c. 1. Nemo, inquit, potest bene agere poenitentiam, nisi speraverit indulgentiam.

4^o. Dilectio Dei sequitur Spem, ut habetur Ecli. 2. Qui timetis Dominum, sperate in illum.... Diligite illum, et illum illuminabuntur corda vestra. Item Galat. 5. Neque circumcisio aliquid valet, neque praepitium; sed fides, quae per charitatem operatur. Si haec dilectio sit perfecta, est ultima dispositio, et justificat extra Sacramentum actu susceptum, iuxta illud Christi, Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Si verò sit imperfecta, est dispositio iustitiae remota, nec justificat extra Sacramentum. Et de hoc amore imperfecto intelligendum

* Celebratum an. 529. est Concilium Arausicum II^o. Can. ult.

Ei praesedit Caesarius ubi sic habet. Deus fidem et amorem sui

Arelatensis sub. lum. Pont. Felice IV. ap- prius inspirat, ut Sacramenta Baptismi fi-

probatum à Bonifa- deliter inquiramus.

cio II. Felice successore, contra Semipelagianos p. Quintò de poenitentia, quae dilectionem consequitur, habetur Act. 2. Bo-

nitentiam agite, et baptizetur unusquisque

vestrum in nomine Jesu Christi in remissio-^{113.}
nem peccatorum. Et c. ii. Gentibus poeni-
tentiam dedit Deus ad vitam.

Sexto, odium peccati, quod poeni-
tentia seum fert ac includit.

7^{mo} Denique sequitur propositum
servandi mandata, inchoandi novam vitam,
et suscipiendi Sacramentum. De eo loquun-
tur ha Scripturae textus: Preparate corda
vestra Domino, i. Rey. 7. Docete omnes
gentes baptizantes eos in nomine Patris,
et Filii, et Spiritus Sancti, Docentes eos
servare omnia quaecumque mandavi vo-
bis, Matth. 28. v. 19. Enimvero qui para-
tus non est obtemperare voluntati ejus, quem
offendit, cum illo reconciliari non potest. At-
qui Deus vult, ut peccator Sacramentum
recipiat, et mandata ejus observet. Ergo.

Porò has recensitas ad justificatio-
nem dispositiones hominem peccatorem
soli liberi arbitrii viribus sibi comparare
non posse, fidei dogma est adversus Pela-
gianos et Semipelagianos in Ecclesia Stabili-
tum, quod sequenti Capite, ubi de gra-
tia actuali, quam dogma istud respicit,
nobis sermo erit, expendemus, atque ubi
demonstrabimus, neminem ullomodo se
per solas naturae vires preparare posse
ad gratiam actualem, adeoque et habitua-
lem seu justificationem.

Quod proprietates justificationis 88.
Spectat Aetholici ex palmarum suo dogma-
te de justitia Christi per fidem apprehen-
sa, qua justii efficiuntur ac Deo accepti,
colligunt i. posse ac debere omnes fide
divina certo credere se esse justos; ita
ut si istud non crederent, jam fideles et

114. justi non essent, quia per solam fidem justificantur. Et in hoc errore planè convenient Lutherani omnes et Calvinista. 2^o.

Colligunt Speciatim Calvinista, justitiam semel adaptam nullo unquam tempore posse deperdi: ex quo sequitur, justitiam ita propriam esse electorum, ut in solis reperiat electis, usque infit immobiliter. Solos electos, inquit Calvinus, lib. 3. Instit. c. 2. Semine incorruptibili Deus in perpetuum regenerat, ut nusquam dispareat semen vita in eorum cordibus insitum. 3^o.

colligunt Lutherani, justos omnes aequaliter esse justos. Ratio ipsorum est, quia una et eadem Christi justitiâ fide apprehensâ et à Deo imputatâ justificantur omnes: justitiâ autem Christi non suscipit magis et minus.*

C * vide dicta sup. c. 2. §. 6.

Contra erronea perinde ac absurda haec consectaria sit 1^o.

87. Conclusio 3^{ia}

Nemo potest nec debet, sclusâ speciali revelatione, fide divinâ credere sibi remissa esse peccata.

Prob. 1^o ex Scripturis. Prov. 20 v. 9. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Eccles. 9. v. 1. Venit homo, utrum odio vel amore dignus sit. Eccles. 5. v. 5. De propitiâtio peccatô noli esse sine metu. 1. Cor. 4. v. 4. Nihil... mihi conscius sum, inquit Apostolus, sed non in hoc justificatus sum p.

Q * Obiit an. 378.

Prob. 2^o ex S. Patribus. S. Basilii* ad citatum Apostoli locum, constit. monast. c. 2. Multa, ait, peccantes plurima non incedimus. Inapropter dicit Apostolus, Nihil

michi conscius sum; sed non in hoc justifi-^{115.}
catus sum; hoc est, multa pecco et non in-
telligo.

Ad eadem Apostoli verba S. Chryso-
stomus*, Non Corinthios tantum, inquit, sed *obit an. 407. e
se ipsum privat hoc iudicio.

S. Hieronymus* in Eccli. c. 9. v. 1. *obit an. 420. f
à nobis citatum, Sensus est, inquit, inveni
justorum quidem opera in manu Dei,
et tamen utrum à Deo amentur, aut non
muneris sive non posse, et ambiguos fluctua-
re, utrum ad probationem sustineant,
quo sustinent, an ad supplicium. In fu-
turo igitur sient. Et lib. 2. contra

Belagianos, ad citata Apostoli verba Ni-
hil mihi conscius sum p. hoc scribit: Tempe-
rabat sententiam, ne forte per ignoran-
tiam deliquisset, quanta abyssus sit, au-
dite.

S. Augustinus*, in Epist. 41. Tantam, *obit 430. g
inquit, profunditatem credit esse in homi-
ne, quo lateat ipsum hominem in quo est.

Et lib. de perfectione justitia, c. 15. Quan-
talibet, inquit, justitia sit, praevidus ho-
mo, cogitare debet, ne aliquid in illo, quod
ipse non videat, inveniatur esse culpandum.

Denique S. Gregorius*, lib. 9. Moral. *obit an. 604. h
haec ait: Conditoris contra me iudicia, quae
temeritate redarguo, qui ipsum me de in-
firmitatis caligine ignoro. Et lib. 2. Re-

gist. Epist. 22. ad Gregoriam, quae opta-
bat certior, peccata sibi fuisse remissa fieri,
sic rescribit: Rem difficilem et inutilem
postulasti. Difficilem quidem, quia indi-
gnus sum, cui revelatio fieri debeat. In-

utilem etiam; quia secura de peccatis remissa
fieri non debes, nisi cum jam in die vite tuae
ultimo plangere eadem peccata minime va-
lebis... quoad usque veniat, semper trepida
metuere culpas debes, atque eas quotidiana-
nis fletibus lavare.

* inchoatum fuit an.

1545. finitum an 1563. ubi,

Prob. 3.^o Ex Concilio Trident.^o sess. 6. c. 9.
 Quilibet, inquit, dum se ipsum suam-
 que infirmitatem, et indispositionem res-
 piciit, de sua gratia formidare et timere
 potest, cum nullus sive valeat certitudine
 fidei, cui non potest subesse falsum, se gra-
 tiam Dei esse consecutum. Id ipsum decer-
 nitur, Can. 13. 14. et 15.

* Istud est argumen-
 tum ad hominem et
 ex principiis aetho-
 licorum deductum.

Prob. 4.^o ratione. Nihil fide di-
 vine credi potest, nisi quod immediate con-
 tinetur in verbo Dei, aut ex illo per eviden-
 tem consequentiam deducitur; fides enim di-
 vine Dei loquentis autoritate nititur. At-
 qui 1.^o immediate non continetur in verbo
 Divino, talem vel talem hominem in par-
 ticulari justificatum esse; promissiones
 enim Scripturae sunt universales, et condi-
 tiones aliquas supponunt, ut singulis appli-
 centur. 2.^o Nemo per evidentem con-
 sequentiam ex verbo Dei deducere potest,
 se esse justificatum: et tamen clarum sit
 ex Scripturis, omnes verè conversos ad Deum,
 et seriam de peccatis poenitentiam agen-
 tes, indulgentiam et gratiam obtinere,
 nullus tamen certò cognoscere potest an verè
 et ex corde ad Deum conversus fuerit, et an
 seriam ac condignam egerit poenitentiam:
 nam Jerem. 17. v. 9. dicitur: Bravum est cor
hominis et inscrutabile, et quis cognoscat
illud. Deinde multi falluntur circa pro-

117.
prias dispositiones et internos affectus; sapia
videtur esse charitas, qua nos movet, et re ipsa
non est nisi cupiditas. Certè cum Apostolorum
Brincens dicebat; Secum paratus sum in car-
cerem et in mortem ire, paratum se esse cre-
debat mortem subire pro Christo, et tamen
verè paratus non erat: quin et ipsa Calvinus
fatetur, plerisque ex iis, qui non sunt pre-
destinati, putare se credere eomodo, qui
requiritur ad justificationem, et tamen
reverà ita non credunt. Ergò nemini certò
constare potest se peccatorum remissionem
consecutum fuisse.

Conclusio 4^{ta}

88.

Fides et justitia semel habita amit-
ti possunt, nec ad solos electos pertinet.*

Prob. 1^o ex Scripturis. Psal. 2. v. 12.
Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur
Dominus, et pereatis de via justa. Ezechiel.

18. v. 26. Cum averterit se justus à justitià suà
et fecerit iniquitatem, morietur in illà. Ergò

si justus potest perire de via justa, si potest à
justitià suà exidere et in iniquitate mori;
tunc utique justitia nec est inamissibilis,
nec ad solos electos pertinet. Hinc Apосто-

lus, 1. Cor. 10. v. 12. graviter monet, qui se ex-
istimat stare, videat, ne cadat. et c. 8.

v. 9. Nolite errare, neque fornicarii, neque p-
regnum Dei possidebunt. Quibus ipsemet

perterritus scribit, c. 9. v. 27. Castigo corpus
meum, et in servitutem redigo, ne forte cum

aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar.

Accedunt exempla ex Scripturis de-
prompta. Lucifer justitiam, in qua con-
ditus fuerat, per peccatum amisit. Saul
à Deo electus, peccando in aeternum perit.

* Jovinianus Mona-
chus Mediolanensis
sub S. Ambrosio, Me-
diolanensi Antistite circa
finem saeculi 4^{ti} su-
licet circa an. 382.
Euloriam suis erroribus
venare cepit, atque
inter alia etiam ne-
gavit, justum grati-
am adeptam amittere
posse, ut constat ex S.
Hieronymo lib. 2. cont.
ipsum. Calvinus, ut
supra adnotavimus eum-
dem errorem à mille
trecentis annis in Jovi-
niano damnatum sus-
citavit. In illam au-
tem fossam lapsus est
ex errore suo principio,
quo statuit, peccatorem
justum fieri solà fide,
quà certò credit se esse
predestinatum; et idè
merita Passionis Chris-
ti sibi applicari. Hoc
enim fundamentò po-
sitò necessariò sequitur,

118.
nec Davidem per adul-
terium et homicidium,
nec Petrum per nega-
tionem à justitià ex-
cidisse, nec ullum pro-
destinatum per atro-
ciora crimina grati-
am sanctificantem
amittere, quamdiu
fides in corde reman-
serit; quia immuta-
bile est Dei prodes-
tinantis decretum.

David omnium consensus justus, ut pote de quo
dicit Deus, Act. 13. v. 22. Inveni David virum
secundum cor meum, à justitià procul dubio
verè exiit, quando sibi et adulterium
et homicidium commisit. Salamon ejus
filius prius Deus amabilis, postmodum ex-
lus factus, et, si S. Augustino fides, lib. 22.
contra Faust. c. 88. in fine reprobatus est.
S. Petrus haud dubie justus erat, cum ad
ipsum diceret Christus, Joan. 13. v. 10. Qui
totus est non indiget nisi ut pedes lavet, sed
est mundus totus: attamen idem Petrus pec-
cavit et exiit à gratià, quando Christum
negavit.

Prob. 2.^o ex S. Patribus. Ex S. Hiero-
nymo, qui ex professò lib. 2. contra Jovinianum,
confutavit oppositam heresim.
Ex S. Augustino, qui lib. de haeres. haesi 82.
Joviniani sententiam numerat inter ha-
ereses ab Eulenià proscriptas. Et lib. de pra-
dest. SS. c. 13. ubi aperte supponit justos
quandoque à suà justitià exiire et in
impietate mori. Et c. 14. addit, justum,
qui post carum mortur, absolute potuisse
à Deo salvari, si nempe eum antequam
laberetur, è vità exire jussisset. de lib.
de correptione et gratia. c. 13. sic scribit: Creden-
dum est, quosdam de filiis perditionis non
accepto dono perseverandi usque in finem
in fide, quae per dilectionem operatur, in-
cipere vivere, et aliquamdiu fideliter et
justè vivere, et postea cadere, neque de
hàc vità, priusquam id contingat, auferri.

Prob. 3.^o ex Concilio Trid. sess. 6. can.
23. ubi sic definit: Si quis hominem semel

Prim. Dddd.
pag. 59.

justificatum dixit amplius peccare non posse, 119.
neque gratiam amittere, atque adeo eum, qui
labitur et peccat, nunquam fuisse verè justi-
ficatum..... anathema sit.

Prob. 4^o. ratione. 1^o Quia omnes
infantes, qui baptisma recipiunt, verè justi-
ficantur; imò si Calvinò, Bueero, aliisque
Sectariis vedatur, omnes filii Fidelium San-
ti et justi nascuntur. atqui nemo dixerit,
omnes filios Fidelium, eosque omnes qui
in infantia baptizantur, à justitià, cum
adoleverint, nusquam exidere: experien-
tià quippe exploratum est, plurimos ex ipsis
in adultà etate graviter peccare; atque in
iis criminibus nonnunquam mori, de qui-
bus Apostolus, ad Galat. 5. v. 21. Qui talia agunt,
regnum Dei non consequentur. Ergò.

2^o. Quia ex impia Calvinistarum Do-
ctrinà sequitur omnimoda morum subversio.
Si enim justus in eorum sententià non amit-
tit gratiam justificantem, quantumcum-
que detestabiliter peccet, modò non timeat
propterea mitti in gehennam, nec de pre-
destinatione suà diffidat, sequitur 1^o Jus-
tis et Dei amicis pugnam esse contra in-
deliberatos timoris motus; quibus Spiritus
Sanctus ad declinandum peccatum, et ad perse-
verandum imitat; veluti contra gravissi-
mam et periculosissimam tentationem,
nec audiendum Christum dicentem, Luc. 12.
v. 4. et 5. * Dico vobis amicis meis... timete
eum, qui postquam occiderit, habet potes-
tatem mittere in gehennam. 2^o Sa-
lubra fore Lutheri consilium, fortiter crede,

* Ex Matth. 10. v. 28.

Timete eum, qui po-
test et animam et cor-
pus perdere in gehen-
nam.

120. et fortius pecca, quia nihil ita expedit timorem,
quam peccandi assiduitas, quae induratur cor
et presumptio contra desperationem induci-
tur.

89.

Conclusio 5^{ta}

Justificatio seu justitia, quae forma-
liter iusti sumus, non est in omnibus iustis
aequalis. Est de fide contra Lutheranos et
Calvinistas, qui Iovinianum doctorem vir-
tutes et peccata esse paria*, sentiuntur,
n * Apud S. Hieronymum, lib. 2. adv. Iovinianum, justitiam seu justificationem majus vel minus
haud suscipere.

Prov. 10. ex Scripturis. Prov. 4. Iusto-
rum semita, quasi lux splendens procedit
et crescit usque ad perfectam diem. 2. Cor.

9. v. 10. Augabit Deus incrementa frugum
justitiae vestrae. Apocalyp. ult. v. 11. Qui
justus est, justificetur adhuc; et qui sanctus
est, sanctificetur adhuc; seu, quod idem est,
cuique incumbit debitum, suam et justiti-
am et sanctitatem augendi per pietatis
opera. Orant per ope Apostoli, ut

Fideles impleantur in omnem plenitudi-
nem Dei, Ephes. 3. v. 19. agnitione Dei, Colos.
1. v. 9. pae et charitate, Jud. v. 2. Idem-
que justitia incrementum petit pro fide Sancta
mater Ecclesia Dom. 15. post Pentecost. im-
sic orat: Da nobis Domine, fidei, spei, et cha-
ritatis augmentum.

Prov. 20. ex S. Patribus, pro omnibus
Sicut Hieronymus, lib. 2. contra Iov. Quare, ait,
dicunt Apostoli, adauge nobis fidem, si om-
nium una mensura est? Et S. Augusti-
nus, Sermon. 158. alias 16. De verb. host. Justifi-
cati sumus; sed ipsa justitia, cum profi-
cimus crescit. Epist. 127. alias 29. Indebiti

Sunt Sancti iustitia, alii plus alii minus. Et 121.

Tract. 8. in Joan. cum fuerit nata / Charitas;
nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur; cum
fuerit roborata, perficitur. Denique tract.
6. in eundem. Ipsi Spirituales Sancti in Eula-
ria sunt alii aliis Santiores, alii aliis meliores.

Prob. 3^o ex Concilio Trid. Sess. 6. Can.
44. ubi sic definit: Siquis dixerit iustitiam ac-
ceptam non.... auferi coram Deo per bona ope-
ra.... anathema sit.

Prob. 4^o Ratione. 1^o Dispositiones,
que preparant ad iustitiam seu justifica-
tionem non sunt in omnibus aequales, prout
patet. Ergo nec in omnibus est aequalis ius-
titia. 2^o Charitas, ut pote amor ami-
citiae, amici presentiam querit, donec illi
perfecte uniaturo junta illud Psal. 104. Quae-
rite Dominum et confiamini, quae-rite fa-
ciem eius semper. Appropinquat autem dum
crescit per bona opera, et cum perfecta fue-
rit, apprehendet possidebitque. 3^o

Varia erunt et inaequalia praemia, quibus be-
ati remunerabuntur. Ergo inaequalis erit eo-
rum iustitia; cum iustitia huius vitae sit
mensura praemii, quod in altera reperiatur.

Solvuntur Objectiones. 90

Ob. 1^o contra 1^{am} Conclusionem.
Scripturae passim fiduciam exigunt ad remissio-
nem peccatorum. Matth. 9. Confide fili, re-
mittuntur tibi peccata tua. Ergo fides iustifi-
cans est fiducia.

Resp. Dist. ant. Scripturae exigunt
fiduciam, id est, spem obtinenda venia
per merita Christi, quam dispositionem in-
ter alias ad justificationem postulat Concli-
um Trid. Sess. 6. c. 6. cone. Exigunt fiduci-
am, seu fidem specialem acatholicorum,
qua quis certo credat, aut certo confidat, si-

122. bi dimissa esse peccata. neg. ant. Solutio patet
ex passim dictis.

91. Ob. 2^o. Impius, qui justificationis
gratiam exposcit, debet certò credere se eam
consecuturum, juxta idem Marcii, ii. Quidquid
orantes petitis, credite quia augetis, et fiet
uobis. Atqui illa certitudo non nisi per
fidem misericordiae specialis haberi potest.

Ergò p. Resp. neg. maj. Quia homo non po-
test esse certus, an, ut par est, justificatio-
nem postulet: unde dicendam, sententiam
ex Marcio adductam, conditionatam esse;
est enim ex suppositione, quòd petamus, sicut
oportet.

92. Ob. 3^o. Debet esse aliquod discrimen
inter fidem Diabolicam, et Christianam. At-
qui idem discrimen sumi tantum potest ex
eo, quòd ista Dei specialem misericordiam
respicit; illa vero nequaquam, cum Demo-
nibus nulla salutis spes affulgeat. Ergò p.

Resp. neg. min. Idem discrimen non
sumitur ex parte objecti, sed ex parte modi.
Christiani credunt ex humili reverentiâ in
Deum revelantem; Diaboli vero Christia-
nam religionem esse veram concludunt coar-
cti miraculis, quae sciunt in confirmationem
illius à Christo et ejus discipulis patrata fuisse.
vid. Augustin. Ep. ad Sixtum.

93. Ob. 4^{to}. Contra Conclusionem 2^{am}
Arbitramur, inquit Apostolus Rom. 3. hominem
justificari per fidem sine operibus legis. Galat.
2. Scientes, quòd non justificatur homo ex
operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi.
Ephes. 2. Gratiâ estis Salvati per fidem, et
non ex operibus. Ergò reverâ sola fides justi-
fiat.

123.
 Resp. neg. cons. Apostolus locus citatis
 à justificatione rejicit tum opera moraliter
 bona, quibus Gentiles conversi à Evangelii
 predicationem promeruisse gloriabantur;
 tum opera ceremonialia legis Moisaica, et
 sine gratia Christi facta; sed non exhibet
 opera pietatis, quae ex gratia per Jesum
 Christum eliciuntur: Abnit enim, inquit hie
S. Augustinus*, ut hoc sentiret vas electionis,
qui cum dixisset in quodam loco, In Christo
enim Jesu neque circumcisio aliquid valet,
neque praeputium; mox addidit, sed fides,
quae per dilectionem operatur.

* lib. De grat. et lib. O
ab. c. 4.

Ob. 5^{to} Scriptura justificationem
 saepius fidei tribuit, ut Matth. 3. Fides tua
te salvam facit. Ergo sola praesupponitur
 justificationi.

Resp. neg. cons. Quando multa cau-
 sae ad eundem effectum concurrunt, Scriptu-
 ra modo unius meminit, modo vero alterius,
 et quidem frequentius eam recenset, quae,
 ut ait Concilium Trid. De fide, est respectu
justitiae radix, fundamentum, et initium.
Ex fide, inquit S. Augustinus, lib. De praedest.
SS. c. 4. Deo dicit Apostolus justificari ho-
minem, non ex operibus, quia ipsa prima
datur ex qua impetrentur caetera, quae pro-
prie opera numerantur, in quibus vivitur.

Ob. 6^{to} Rom. 10. et Act. 13. omnes
 qui credunt justificantur et salvantur.
 Atqui hoc falsum foret, si non sufficeret
 sola fides. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Omnes qui credunt
 justificantur p, modo alia simul requi-
 sita addantur, cons. si caetera desint, neg.
 maj. Ita SS. Patres saepim docent, cum ad-
 monent, solanam fidem non sufficere:

124 Multi, inquit S. Augustinus, tract. 10. in Ep. Joan. dicunt, credo, sed fides sine operibus non sal-
vat.

96. Ob. 7^{mo} Plures SS. Patres, ut Hilarius c. 8. in Matth. absolute dicunt Solam fidem jus-
tificare. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Sola fides justificat,
viva scilicet, qua per dilectionem operatur,
con. Sola fides mortua seu informis, ut
loquuntur Theologi, neg. ant. Nam ex S. Au-
gustino, lib. 15. de Trin. c. 18. Fides sine cha-
ritate potest quidem esse, sed non et pro-
desse. Et lib. de nat. et grat. c. ult. Chari-
tas inchoata, inchoata justitia est: charitas
profecta, profecta justitia est: charitas ma-
gna, magna justitia est: charitas perfecta,
perfecta justitia est.

Inst. 1^o Fides mortua non est vera
fides, quemadmodum homo mortuus non est
homo nisi equivocè. Atqui fides sine ope-
ribus mortua est. Ergo non est vera fides,
nisi illa, qua attrahit Spiritum Sanctum p.

Resp. neg. maj. et paritatem. Dis-
paritas est, quod homo dicatur mortuus per
subtractionem et separationem aliqujus essen-
tialis, nempe animo; sublata autem parte
essentiale, desinit totum essentiale, scilicet
homo. Contra fides dicatur mortua, eo sen-
tu, quo dicitur corpus mortuum, hoc est, prop-
ter subtractionem ac separationem ali-
cujus extrinseci, et minime essentialis; sicut
enim anima non est essentialis corpori, ita
neque charitas fidei. Ergo sicut corpus mortu-
um est verum corpus, sic et fides mortua
est vera fides.

Inst. 2^o S. Jacobus Epist. I. c. 2.
fidem sine operibus comparat fidei Demo-

num. Atqui vera fides non est in demoni-
bus. Ergo nec in iis qui non operantur.

125.

Resp. neg. min. * Quamvis fides pec-
catoris essentialiter differat à fide demon-
num, quae in ipsis est cognitio naturalis, et
propter verum evidentiam necessaria; in-
co tamen convenit cum fide demonum, quod
sit charitate et bonis operibus destituta; ac
proinde peccator ad mentem Apostoli, de hac
fide non debet gloriari; nam fides Justorum
propria per dilectionem operatur. Et haec
est fides viva, de qua dicitur, ad Galat. 3. v. 11.
Iustus ex fide vivit.

* sic habet textus c. 2.
v. 19. In verbis, quo-
niam unus est Deus:
Bene fatis: et Demo-
nes credunt, et contre-
munt. Ergo, iuxta
Apostolum Demones
habent veram fidem,
licet mortuam.

Inst. 3^o. Sicut fides non sepa-
ratur à Spiritu Sancto, sic nec etiam à di-
lectione. Ergo.

Resp. neg. ant. fides quidem
non potest esse sine Sancto Spiritu assis-
tente, sicut nec lux diei sine sole illu-
minante*. Sed manet in peccatoribus Spi-
ritu Sancto non inhabitante; Sanctus
enim Spiritus discipline effugiet fictum...
nec habitabit in corpore subdito pecca-
tis, Sap. i. v. 4. et 5. Jam credit aliquis
in Christo, sed odit Christum, inquit S. Au-
gustinus, tract. 10. in Ep. Joan. Habet confes-
sionem fidei timore poenae, non in amo-
re coronae. Adde huic fidei dilectionem
ut fiat fides, qualem dicit Apostolus, fi-
des, quae per dilectionem operatur.

* id est lucem pre-
mente

Inst. 4^o. i. Joan. 2. Qui dicit se
nosse eum, et mandata eius non custodit,
mendax est. Ergo non datur vera fides
sine operibus.

Resp. neg. cons. Duplex est Dei
cognitio, alia est speculative, imperfecta,

126. et otiosa, qualem Apostolus dixit Rom. i. habuisse Philosophos, qui cum Deum cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt... sed evanuerunt in cogitationibus suis. Alia est effectiva et practica. Qui hanc habet, ex Deo natus est, i. Joan. 5. et servat ejus mandata; qui non habet, confitatur quidem se nosse Deum, factis autem negat, ut dicitur ad Tit. c. i. Et ideo non idum novit sicut oportet, mendaxque est, si hoc modo se eum nosse dicat.

97. Ob. 8^o. S. Augustinus lib. De fide et operibus, c. 14. Sequuntur, ait, opera justificationum, non justificandum. In Psal. 110. Justitiam homo non operatur, nisi justificatus. Ergo sola fides precedit justificationem, quatenus per eam veluti per manum apprehenditur justitia Christi.

Resp. Dist. ant. Justificationem sequuntur opera viva et meritoria, quibus lex adimpletur, et quibus retributio seu merces debetur, cone. Sequuntur omnia omnino opera, ita ut nulla bona precedant, neg. ant. Namque S. Augustinus Serm. 351. alias Rom. 50. et alibi passim describit poenitentiam, quam agi oportet ante Baptismum.

98. Ob. 9^o contra Conclusionem 3^{iam}. Rom. 4. v. 14. et ib. sic legitur: Si enim qui ex lege, heredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio.... Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni homini. Ergo certitudine fidei credere debemus Dei promissa.

Resp. Dist. cons. Credere debemus promissa generatim facta, v. g. Omnes,

127.
qui invocaverit nomen Domini Salvus erit.
Qui manducat hunc panem, vivet in aeter-
num, coned. quia Deus hoc dixit; nec eo-
rum veritatem labefactare potest homi-
num iniquitas. Credere debemus promissa
ida mihi privato applicari, dum invoco
nomen Domini, aut panem hunc man-
duo, neg. cons. Quia certus non sum, me
invocare nomen Domini, aut panem,
quem dedit nobis Dominus, manducare
sicut oportet; Deus enim illud posterius
non mihi revelavit. Sicut nemo pius,
inquit Conil. Trid. sess. 6. c. 9. De Dei mise-
ricordiâ, De Christi merito, Deque Sacra-
mentorum virtute et efficaciâ dubitare
debet: Sic quilibet, dum se ipsum, suam-
que propriam infirmitatem et indispositio-
nem respicit, De sua gratiâ formidare
et timere potest.

Inst. Promissio est universalis et
omnibus facta. Ergo et singulis, namque
pars continetur in toto.

Resp. Dist. cons. Ergo et singulis con-
ditionatè, si poenitentiam agant, sicut oportet,
con. Ergo et singulis absolutè, neg.
cons.

Urg. Ergo si singuli partes suas
non agant, nec conditionem ponant, abo-
lita est promissio, quod manifestè pu-
gnat contra Apostolum; probat quip-
pe firmam esse Dei promissionem, quia
ex fide; alioquin si ex operibus, evanescit
est promissio; nam ex Gal. 3. quem laudat,
Omnes declinaverunt, simul inutiles facti
sunt, non est qui faciat bonum p. Ergo.

Resp. 1^o retorquendo argumentum contra Adversarios: Si Singuli careant certa idâ fiducia, sine quâ non applicantur merita Christi, ut contendunt, abolita similiter erit Dei promissio. Absit, inquit, nam promissio Dei semper in se stat firma, etiamsi supponantur homines illam negligere; quemadmodum fons perennis non ideo ensiccatur, quia nullus haurit ex illo. Bene quidem: Sed quis non videat hæc responsione solvi in omnem modum, quod nobis obijciunt?

Resp. 2^o neg. ant. Promissio Dei est quidem absoluta et universim omnibus hominibus, seu universali Ecclesie hæc facta, ut hæc, Portæ inferi non prevalebunt adversus eam, Matth. 16. Et Eue vobiscum sum usque ad consummationem sæculi, Matth. 28. falso proinde supponitur in objectione, quod omnes collective promissionibus divinis obicem ponant, quamvis id possint singuli distributive sumpti, mala namque secundum hypothese mirum non est, quod sequatur absurdum.

* Dialectica vox græca latine significat artem disputandi.

Dialectica regula, est argumentatio à sensu collectivò ad distributivum. En falsa autem hypothese mirum non est, quod sequatur absurdum.

99.

Ob. 10^{mo} Rom. 8. sic habetur: Ipsè Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro quod sumus filii Dei. Atqui testimonium Spiritus sancti, qui nec falli nec fallere potest, summam certitudinem efficere debet. Ergo certâ fide possumus credere, nos esse justos et filios Dei.

Resp. Dist. maj. Spiritus testimonium reddit signis quibusdam conjecturalibus, conc. signis evidentibus aut per revelationem, neg.

129.
maj. Scilicet testimonium illud non fit per
verbum aliquod expressum, sed per experimen-
tum cujusdam suavitatis et pacis internae, quae
non gignit nisi certitudinem conjecturalem
aut moralem. Ita textum hunc interpre-
tantur plerique SS. Patres, praesertim la-
tini.

Ob. 11^o. Apostolus 2. Cor. 13. v. 5. sic 100.
Scribit: Vosmet ipsos tentate, si estis in fide,
ipsi vos probate. An non cognovistis vosmet-
ipsos, quia Christus Jesus in vobis est, nisi for-
te reprobi estis. Atqui haec verba indi-
cant omnimodam certitudinem. Ergo.

Resp. Dist. min. indicant omnimo-
dam certitudinem miraculorum, per quae
Apostolus efficaciter probavit se à Deo mis-
sum, et Christum esse Filium Dei, com. in-
dicant certitudinem gratiae sanctificantis
in unoquoque justo existentis, neg. min.
Nam de eâ non agit Apostolus, sed de gratiis
gratis datis, de dono linguarum, et aliis mi-
raculis, quae frequentia erant in Ecclesia
Corinthiorum, quaeque potenter demons-
trabant divinam Christi potentiam, nisi
forte, inquit Apostolus, estis reprobi, hoc
est, nisi aliqui inter vos ex infidelitate blasphe-
mantes divina illa opera tribuant magicis ar-
tibus.

Inst. 1. Cor. 2. Apostolus manifes-
te loquitur de gratiâ sanctificante, et ta-
men de eâ sic scribit, v. 12. Nos autem non
spiritum hujus mundi accepimus, sed spiri-
tum qui ex Deo est, ut sciamus, quae à Deo do-
nata sunt nobis. Ergo.

Resp. neg. ant. Constat enim vel ex
ipso contextu, Apostolum loqui de mysteriis
nostra Religionis, ac praesertim de oratione -

miã redemptionis per Jesum Christum, qua fuerat abscondita in Deo, quamque nemo sine Spiritu Dei cognoscere potest. Quis enim hominum, inquit, scit, quae sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est? Ita et quae Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quae à Deo donata sunt nobis.

Ob. 12^o. S. Chrysostomus, Hom. 14. in Epist. ad Romanos de interiori Spiritus Sancti testimonio sic loquitur: Quando vero Spiritus Sanctus testatur, quoniam relinquitur ambiguitas? Ergo in mente S. Doctoris huius justus habet omnimodam certitudinem peccata sibi esse remissa.

Resp. 1^o. opponendo quae ex eodem S. Doctore retulimus in confirmationem Conclusionis nostrae.

Resp. 2^o. Dist. ant. Nuda relinquitur ambiguitas circa testimonium Spiritus Sancti in se spectatum, conu. firmã enim fide credimus, peccata in baptismo remitti; Christianos non auipere Spiritum Seruitutis iterum in timore, sed Spiritum adoptionis filiorum, in quo clament, Abba Pater. Nuda relinquitur ambiguitas circa signa, quibus justus conicit Spiritum Sanctum sibi testari sua peccata esse remissa, se accepisse gratiam adoptionis, neg. ant. Quot enim peccatores confidenter Deum inelamant, Abba Pater? Nonne Sathanas transfiguratur se in Angelum lucis, ut decipiat. Idud ipsum agnosuit Calvinus, docetque plures falso credere se esse predestinatos, et peccatorum remissionem esse consequutos, prout supra jam adnotauimus. Itaque non de testimonio

131.

Spiritus Sancti, sed de testimonio propria
consuetudine cum Apostolo dubitamus; ita ta-
men ut justis non defint signa magis aut
minus probabilia accepta iustitia.

Ob. 13^{ti} Spes certissima est ac fir-
missima; hinc ad Heb. 6. comparatur an-
chore, propter suam firmitatem et immo-
bilitatem. Atqui firmissima spes esse non po-
test, nisi quis certissime credat et confidat sibi
remissa esse peccata. Ergo.

Resp. Dist. maj. Spes certissima est
ex parte Dei, com. ex parte nostri, neg. maj.
Sicut spes est certa expectatio futura pre-
sertim beatitudinis: hujus autem consecutio
à duobus pendet; à Deo nimirum auxiliante
et ab homine cooperante. Ex primo capite
certissima et firmissima spes esse debet,
quia principaliter innititur divine omni-
potentia et misericordia, de quibus certus est qui-
cunque habet fidem. At ex altero capite,
habita nempe ratione propria dispositionis
presentis aut future, nusquam omnem
penitus formidinem exhibet aut exhibere
potest spes. Licet autem spectata minus-
cuiusque propria infirmitate et indispositio-
ne, nusquam spes ex se exhibeat omnem om-
nis formidinem, attamen tollit tumultuo-
sam anxietatem et timorem nimium; at-
que tanta est in justis, ut satis esse possit ad
severitatem quandam et moralem certitudi-
nem gignendam, quo fit ut legitimam cons-
cientie pacem, tranquillitatem et letitiam in-
teriori perficiantur. Hæc porò interior pax
et tranquillitas non oritur ex certitudine
absoluta fidei de remissione peccatorum,
ut volunt Protestantes, sed ex consuetudine

132. Charitatis et bonorum operum exercitiō, sicut tra-
dunt SS. Ambrosius, Augustinus, et Bernardus
Serm. 69. in Cantica.

Protestantes in hoc errant, quod sicut
fidem cum fiducia, ita certitudinem fidei
cum certitudine fiducia confundant: atta-
men multum interest discriminis inter utram-
que certitudinem. Namque certitudo fidei,
utpotē cum solā Dei revelantis auctoritate
nitatur, omni ex parte dubitationem exclu-
dit, estque absoluta et infallibilis certitudo:
est e contra certitudo spei et fiducia partim
nititur divinā promissione, partim propria
dispositione: quod attinet ad divinam pro-
missionem, omnem pariter formidinem ex-
cludit, et est simpliciter et absolute certi-
tudo: quod attinet ad propriam sperantis
dispositionem, non excludit omnem peni-
tus formidinem, neque est certitudo sim-
pliciter, sed conjecturalis dumtaxat et mora-
lis. vid. S. Thom. 2. 2. q. 18. a. 4. Concl. 3. d.
Ses. 6. c. 9. 12. 13. Bellarm. lib. 3. De justifica-
tione c. 2.

103. Ob. 14. ^{to} contra Conclusionem 4. ^{tam}
In Apostolo, 1. Cor. 13. Charitas nunquam emi-
dit. Ergo nec fides et justitia p.

Resp. Dist. ant. Nunquam emidit
per supervientem gloriam, et visionem
beatificam, prout exiunt fides et spes. com.
Eadem enim charitas, que in vita inchoatur,
et crescit, in patriā perficietur, et in ster-
num permanebit, sicut reverentialis et cas-
tus Dei timor: contra verō per Dei intuiti-
viam visionem et possessionem fides et
spes destruentur, ut ibidem docet Aposto-
lus. Charitas nunquam emidit superveni-
ente gravi peccatō, neg. ant.

Just. 1^o Charitas per peccatum en-
 tingui non potest, ut constat ex pluribus Scrip-
 turae textibus; nam Cant. 8. habetur: Aquae
multa non potuerunt extinguere charitatem.
 Rom. 8. Certus sum, quod neque mors, ne-
que vita p. poterit nos separare à charitate
Dei. Et Joan. 4. Qui autem biberit ex aqua,
quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum,
sed... fiet in eo fons aquae salientis in vi-
tam aeternam. Ergo.

Resp. Dicit. ant. Neque aqua tribu-
 lationum, neque timor mortis, neque sitis, seu
 cupiditas rei cuiusque creata prevalere
 possunt adversus hominem gratia sanctifi-
 cante instructum, si eam per liberum ar-
 bitrium non abiciat, nec negligat, con-
 si abiciat aut negligat, neg. ant. quem-
 admodum enim Adamus, licet, deserendo
 justitiam originalem, mortem incurre-
 rit, immortalis tamen dicitur creatus;
 quia manente statu innocentiae, mors
 adversus illum prevalere non poterat; si-
 milititer justus, si in omnibus sumat su-
 tum fidei per dilectionem operantis, et
 potest omnia tela nequissimi ignea ex-
 tinguere; cuius si potentissima idem arma
 voluntarie abiciat.

Just. 2^o. Atqui justus non potest
 abicere gratiam sanctificantem, ut ma-
 nifestè colligitur ex his verbis; Joan. 3. v. 9.
Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non
facit; quoniam semen ipsius in eo manet;
et non potest peccare, quoniam ex Deo na-
tus est. Ubi Apostolus probat liberum non
 esse ei, qui natus est ex Deo, deserere justi-
 tiam. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Justus, seu qui natus est ex Deo, non potest abjicere justitiam, seu peccare, si agat quatenus natus est ex Deo, hoc est ex motivo Supernaturali, cone. Si agat prout natus est ex Adamo, neg. ant. Vel aliter etiam Dist. Non potest peccare lethali ter, quamdiu manet filius Dei, quia semen Dei, hoc est, charitas, qua omnibus peccatis lethali bus est contraria, in ipso ma- net, cone. Non potest in sensu Diviso, quasi justitia semel habita amitti non possit, neg. ant. Certè justum justitiam suam, amittere ac peccare posse, sicque ex justo in- justum fieri, patet ex c. 6. ad Heb. v. 4. ubi Impossibile est, ait Apostolus, eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum coeleste, et participes facti sunt Spiritus sancti.... et prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam. Vid. S. Aug. lib. 2. de peccat. merit. et remiss. c. 7. et Tract. 5. in Epist. Joan.

Ob. 15^{to} contra Conclusionem 5^{am} tam Evangelii parabola, in qua suis vinea ul- toribus Batefamilias, Deus nempe, aequale pretium rependit, licet inaequali tempore laborassent. Ergo si aequale futurum sit in coelis primum, aequalis sit, oportet, in hoc saeculo omnium predestinatorum justitia; cum gradus gloriae in altera vita res- pondent gradui gratiae, quem quis in ista habuerit.

Resp. neg. cons. Qui breviori tem- pore laboraverant in vinea, ea fuerunt diligentia, ut ceterorum, qui summo mane conducti fuerant, laborem aequaverint? Porro aequale futurum est in coelis primum objective duntaxat et ratione durationis,

non vero intensivè et ratione perfectionis.
vide, que de hoc argumento diximus hoc 2.^o
Theologiae nostrae Tomo. Tract. 1.^o De Deo part.
1.^a c. 4. §. 5. ad object. 1.^{am} pag. 138.

135.

9. Tertius.

105.

De Merito Justi.

Tria circa meritum occurrunt capen-
denda. 1.^{um} an existat meritum, sive an
homo possit aliquid à Deo verè mereri. 2.^{um}
Quanam ad meritum requirantur conditio-
nes. 3.^{um} Quid sub meritum cadat, seu
quodnam sit objectum meriti.

* Meriti nomine intelligitur opus * Meritum à meritis
pemis et retributione dignum: sicut è con- dicitur
tra Demeritum vocatur opus poenis et suppli-
ciis pleendum.*

Lutherani et Calvinista, qui con-
tendunt hominem sola fide justificari,
atque omnia etiam justorum opera vera
esse peccata, etsi non imputata, quodli-
bet proinde excidere tenentur verum ac
proprie dictum meritum. Contra quos se-
quentes ponuntur Conclusiones.

* Demeritum vulgo
etiam meritum num-
cupatur, ut cum fur-
patibulum mereri
dicitur. Sed hic me-
ritum in bonam par-
tem limitatur, non
in malam dicitur.

Conclusio 1.^a

106.

Datur meritum proprie dictum;
sive bona justorum opera verè ac pro-
prie sunt meritoria.

Prob. 1.^o ex Scripturis. Matth. 5. Mer-
ces vestra copiosa est in caelis. Et c. 10. Red-
det unicuique secundum opera eius. Et
1. Cor. 3. Unusquisque propriam mercedem
accipiet secundum laborem suum. Qui-
bus locis vita aeterna dicitur merces bono-
rum operum; merces autem correlati-

Sim Lee
pag. 67

130. va est ad meritum verè et propriè dictum; per hoc enim differt à donò purè gratuito: pròindeque dantur vera merita.

Prob. 2^o. Ex SS. Patribus. Pro omnibus sit S. Augustinus, epist. 105. ad Sixtum: ubi Nullanè, inquit, sunt merita justorum? sunt plane, quia justi sunt. Similia habet tract. 67. in Joann. tradunt et SS. Chrysostomus, Ambrosius, aliique Patres.

x * an. 529.

Prob. 3^o ex Conciliis, sicut Ananiano II. * can. 18. ubi sic habet: Debetur merces bonis operibus, si fiant; sed gratia, qua non debetur, procedit, ut fiant. Lateranensi IV. generali, * cap. 1. Non solum virgines et continentes, verum etiam conjugati per fidem rectam et operationem bonam, placentes Deo, ad eternam merentur beatitudinem pervenire. * Florentino, in litteris

y * an. 1215.

unionis definiente animas plene purgatas in coelum mox recipi, et intueri clarè ipsum Deum trinum et unum sicuti est, pro meritorum tamen diversitate aliis alio perfectius. Tridentino, * Sess. 6.

z * an. 1438.

a * ab an. 1545.

usque ad an. 1563.

c. 16. Bene operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est vita eterna, et tanquam gratia filii Dei per Christum Jesum misericorditer promissa: et tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, et meritis fideliter reddenda. Haec est enim illa corona justitiae, quam post suum certamen et cursum repositam sibi esse agebat Apostolus, à justo iudice sibi reddendam, non solum autem sibi, sed et omnibus, qui diligunt adventum ejus. Eadem repetit can. 32.

Conclusio 2^a
Multae conditiones requiruntur ad
meritum Strictè Sumptum*.

Prob. enumeratione illarum con-
ditionum tum ex parte personae merentis,
tum ex parte actus meritorii, tum denique
ex parte Dei remunerantis, tam ad meri-
tum de condigno, quam ad meritum de con-
gruo requisitarum.

Conditiones ad meritum de condigno
ex parte merentis duas requiruntur: Prima
est, ut sit justus et in statu gratiae: id pa-
tet ex illo Christi Joan. 15. Sicut palmae non
potest ferre fructum à semetipso nisi man-
serit in vite, sic nec vos nisi in me manse-
ritis.

Altera conditio est, ut qui me-
retur sit viator: ita passim testantur Scrip-
turae; 2. Cor. 6. Eccc nunc tempus acceptabi-
le, ecce nunc dies salutis. Galat. 6. Dum
tempus habemus operemur bonum. Et verò
nemo, nisi viator sit, potest aliquid apud
Deum mereri, ubi enim ceciderit lignum,
ibi manebit, inquit Ecles. 11. v. 3.

Ex parte operis meritorii tres requi-
runtur conditiones. Prima, ut actus sit
liber, atque à necessitate etiam simplicii
et relativà immunis. Secunda, ut sit
moraliter bonus et honestus: quippe solum
opus bonum premio dignum est. Ter-
tia, ut sit Supernaturalis, et ad Deum
referatur. Ergo ad merendum et Deme-
rendum in statu naturae lapsa non suffi-
cit in homine libertas à coactione, sed
requiritur immunitas à necessitate etiam
simplicii, mutabili et relativà; prout alibi
ex professo ostendemus.

2^a. Omnia

137.
107.

* Duplex, prout in Tract.
de Insaon. c. 4. §. 1.
num. 136. jam adnota-
vimus, distinguitur
meritum, unum de
condigno, alterum de
congruo. Meritum
de condigno id est,
cui propter Dei pro-
missionem et ipsius
operis aequalitatem
debetur premium ex
justitiâ. Meritum
autem de congruo est
illud, cui premium
debetur ex aliqua de-
centiâ et congruitate,
non verò ex justitiâ.
Si opus cui ex justiti-
â debetur merces
habeat aequalitatem
cum mercede, sine
gratiâ ex parte remun-
nerantis, erit meri-
tum de condigno rigo-
roso, si verò operis va-
lor et dignitas remun-
nerantis gratiâ ni-
tatur, erit meritum
de condigno ordinario.
Meritum rigorosum
de condigno soli Chris-
to competit, nobis
verò, cum actiones
nostrae in gratiâ
fundentur, sintque
Dei dona, et alias ita
ipsi debita sint, ut
omnes sibi vindica-
re possint, meritum
quidem simpliciter
dictum competit

8

Sed ordinariū, et
minis rigorosē sumptum.

138.

opera, quae fiunt in statu gratiae et procedunt ex gratiā actuali, atque adeo ex motivo Supernaturali, sunt meritoria de condigno vitae aeternae, quia Deus reddet iustis vitam aeternam propter opera misericordiae et beneficentiae, imò et propter omnia quaecumque fecerunt pie, hoc est, in ordine ad salutem aeternam: hinc Matth. 19. Sivis ad vitam ingredi, inquit Christus, serva mandata. Et Joan. 5. de quibusvis operibus in statu gratiae et ex gratiā factis sive secundum se et quoad entitatem supernaturalibus, sive quoad modum dumtaxat seu motivum, et sive à charitate, sive ab aliā aliqua virtute elicitis, sic habetur: Procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae. Nulla enim deest talibus operibus conditio ad meritum de condigno vitae aeternae. unde Concilium Trid. s. 6. cap. 16. generatim et absolute docet, vitam aeternam bonis iustorum operibus esse reddendam. Ergo modo sint bona et in Deo facta, ut ibidem loquitur Concilium, hoc est in gratiā et ex gratiā, omnia sunt vitae aeternae meritoria. 3.º Ut opera iustorum sint meritoria de condigno vitae aeternae, requiritur saltem et sufficit intentio seu relatio ad Deum virtualis, quae tunc censetur adesse et perseverare, cum aliquis opus suum ad Deum retulit, et postea virtute illius intentionis in actum moraliter influentis operatur: praesertim, intentio virtualis perseverare censetur, quamdiu non est retractata, nec moraliter interrupta.

Denique ex parte Dei remunerantis ad meritum de condigno requiritur pactum seu promissio. Imippe meritum de con-

139.
dignō non solum dicit operis condignitatem,
sed obligationem ex parte remunerantis. At-
qui talis obligatio non stat ex parte Dei, ni-
si quia coronam vitæ repromisit diligentibus se: ut enim habet S. Augustinus in Gal.
83. Debitorem Dominus ipse se fecit, non
accipiendo sed promittendo: non ei dicitur,
Redde quod accepisti, sed redde quod promi-
stisti.

Ex mox dictis facile colliguntur con- 108.
ditiones ad meritum de congruo requisitæ.
1.º namque ex parte persona merentis re-
quiritur, ut sit viator, quia, ut mox di-
ximus, meritum est via. At necessarium non
est, ut sit justus, quia actus pietatis, quos
peccator nondum justificatus elicit, ipsum
disponunt ad impetrandam gratiam, eam-
que merentur de congruo: hinc illud Tob.
4. Eleemofina ab omni peccato et à mor-
te liberat.

2.º Ex parte actus re-
quiritur, ut sit liber, bonus, et superna-
turalis: quam postremam conditionem
exigit Concilium Trid. Sess. 6. Can. 3. ubi
anathema pronuntiat in eos, qui asserunt,
absque gratiâ fieri posse aliquod opus ad
salutem pertinens.

3.º En parte
Dei non requiritur pactum nec promissio,
sicut ad meritum de condigno. Ratio est,
quia opus Supernaturale de se congruita-
tem habet ad impetrandum illud, cuius de
congruo meritorium est.

Conclusio 3.ª

109.

Justi de condigno per bona sua ope-
ra mereri possunt beatitudinem eternam.
Prob. 1.º En Scripturis. Matth. 5. et
20. vita aeterna dicitur merces bonorum

140. operum. 2. ad Tim. 4. appellatur corona
justitiae à justo giudice reddenda. Et i. Cor.
9. vocatur travium: Atqui haec omnia me-
ritum de condignò argument. Ergò.

Prob. 2.^o ex S. Patribus supra conclu-
sione i.^a adductis, praecipue autem ex S. Au-
gustino, Ep. 105. ad Sixtum, ubi us, quae su-
pra dicta conclusione i.^a ex eo adducimus, haec
addit: Sicut merito peccati tanquam Stipen-
dium redditur mors; ita merito justitiae,
tanquam Stipendium, vita aeterna. Idem
tradit pluribus aliis in locis.

Prob. 3.^o ex Concilio Conlusionem ci-
tata adductis.

Prob. 4.^{to} ratione. 1.^o Bonis operi-
bus justorum conveniunt conditiones ad
meritum de condignò respectu vitae aeternae.
Scilicet justus ac viator supponitur idem qui
meretur; liberum, bonum, et supernatu-
rale est ejus opus, imò et sepe à charitate
elicium vel imperatum; nec etiam desit
partum Dei, qui coronam vitae repromisit
diligentibus se. Ergo. 2.^o Justum
mereri apud Deum de condignò, est justum
mereri apud Deum ex aequalitate operis
cum mercede illi à Deo promissa ob illud opus,
ideoque debita ex justitià aliquà saltem
late dicta, nempe ex fidelitate in promissis,
juxta Apostolum, 2. ad Tim. 4. Reposita est
michi corona justitiae, quam reddet michi Do-
minus in illa die justus Juxta: non solum
autem michi, sed et us, qui diligunt adven-
tum ejus. Et Heb. 6. Non enim injustus
Deus, ut obliviscatur operis vestri. Hinc
S. Augustinus, lib. de nat. et grat. c. 2. ait:
Non est injustus Deus, qui justos fraudet

mercede justitiae. Atqui justus sic meretur ^{141.}
apud Deum beatitudinem eternam, Sap. 3. De-
us tentavit eos, et invenit illos dignos se. Lu.
20. Qui digni habebuntur saeculo isto et
resurrectione ex mortuis, ad vitam eternam.
2. ad Thessal. i. i. ut digni habeamini in
regno Dei. Et Apocal. c. 3. ambulant
meum in albis. Ergo justus per bona ope-
ra sicut digni beatitudine eterna. At-
qui non potest esse justus dignitas ad beatitu-
dinem assequendam ob bona opera, nisi illa
opera habeant aequalitatem quamdam cum
beatitudine. Item beatitudo rependenda
justis tanquam merces vocatur ab Aposto-
lo corona justitiae, qua vox sane aequalita-
tem quamdam operis cum mercede expri-
mit. Unde S. Cyrillus, ep. 26. ait: Non mi-
nus mercede condignus est, qui hortatur, quam
qui et popus est. vid. Cone. Trid. Sess. 6. cap.
16. et Can. 32.

Circa objectum meriti haec adhuc ^{110.}
querere solent Theologi 1.º num quis me-
reri possit primam gratiam actualem, et
habitualem seu sanctificantem. 2.º
an justus possit mereri perseverantiam.
Ad qua respondemus breviter. ad
primum Nemo quidem potest, ne quidem de
congruo, mereri primam gratiam actua-
lem; at contra primam gratiam sancti-
ficantem, non quidem de condigno, sed
de congruo. Ratio primi est, quia
ante primam gratiam actualem nihil
est nisi simplex natura. Atqui natura
sibi soli relicta nulla ratione potest gra-
tiam supernaturalem mereri, alias gratia
non amplius foret gratia, et valerent om-

142. nia Semipelagianorum principia. Ratio
2^{di} est, quia peccator actum perfecta con-
tritionis potest elicere. atqui ille actus de
congruo meretur primam gratiam habitua-
lem, ad quam ultima est dispositio. Unde
S. Augustinus loquē laudatā Ep. 109. Sed nec,
inquit, ipsa remissio peccatorum / qua cum
primā gratiā habituali necessariō conjuncta
est; sine aliquo meritō est, si fides hanc im-
petrat; neque enim nudum est meritum
fidei.

Nemo tamen eam de condigno me-
reri potest; expresse enim ait Apostolus,
Rom. 3. Nos justificari gratis per gratiam.
Concilium quoque Trid. sess. 6. cap. 8. aperit,
nihil eorum, que justificationem proce-
dunt, sive fidem, sive ipsa opera, justifi-
cationis gratiam promereri; quod intel-
ligi debet de condigno. Ratio etiam est,
quia meritum de condigno requirit, ut ho-
mo sit justus. Sed ante primam gratiam
habitualement seu sanctificantem nemo
justus est; cum igitur principium meriti
non cadat sub meritum, prima gratia
sanctificans, que ad meritum de condigno
requiritur, sub idem meritum cadere ne-
quit.

iii. Ad 2^{dum} dicimus, quod homo
justus non quidem possit de condigno me-
reri perseverantiam, possit tamen de con-
gruo. Ratio 2^{di} est, quia hi non de-
sunt supra allata, nempe Conclusionē 2^{di}
conditiones ad meritum de congruo. Unde
S. Augustinus, lib. de donō perseverantia, c. 6.
Hoc itaque, ait, donum Dei suppliciter eme-
reri potest; sed cum datum fuerit, amitti

contumaciter non potest. Hinc etiam per-^{143.}
tinet, quod in publicis Ecclesia precibus ore-
mus: cum spe utique obtinendi: fac nos tuis
semper inherere mandatis. Et in Missa Sa-
crificiō, à te nunquam separari permittay.

Ratio i^o verò habetur i^o quia ne-
que ex Scripturā, neque ex Patribus colli-
gi potest, Deum uni aut pluribus merito-
ris operibus obligasse perseverantia donum,
ita quod justus tali meritorum cumulo ins-
truitus, certò perseveraturus sit: imò mo-
nentur omnes, Philipp. 2. Cum metu et tre-
more salutem vestram operemini. i. ad
Cor. 10. Qui se existimat stare, videat, ne
cadat. Et Christus voluit, ut omnes, remi-
ne excepto, perseveranter orent ac petant,
Ne nos induas in tentationem. Hinc Con-
cilium Trid. sepe cit. Sess. 6. Can. 32. re-
censens ea, quae verè et de condignò merentur,
indubitanter meminit perseverantia. 2^o.
quia quilibet infallibiliter consequitur id
omne, quod de condignò apud Deum mere-
tur. Atqui constat etiam justissimos
post excellentia merita, quandoque non
consequi perseverantiam. Ergò eam non
merentur de condignò. p. p.

Solvuntur objectiones.

^{112.}
Ob. 1^o Contra 1^{am} et 3^{iam} Conclu-
sionem. Idem Psal. 102. Qui coronat te in
misericiordiā et miserationibus. Adsti-
pularur Christus ipse, Matth. 7. ubi inquit,
Beati misericordes, quoniam ipsi miseri-
cordiam consequentur. Ergò ex misericor-
diā justī vitam eternam consequentur dum-
taxat, non verò ex justitiā bonis ipsorum
operibus debitā.

144.

Resp. neg. cons. Beatitudo seu vita aeterna rectè attribuitur misericordie divinae, non quòd non sit vera merces, sed quia ex misericordia Dei procedit, et in merito nostro multiplex misericordia intervenit: nam 1^o Deus nos misericorditer justificat, sine quâ gratuita justificatione mereri non possumus vitam aeternam. 2^o Nobis misericorditer donat opera bona meritoria, dando misericorditer gratiam congruam ad illa exerenda. 3^o Misericorditer premium bonis nostris operibus promisit, cum potuisset non promittere, et nihil pro illis retribuere.

113.

Ob. 2^o Isai. 64. dicitur, Quasi pannus menstruatus, universa justitia nostra.

Ergò omnia justorum opera sunt peccata.

Resp. neg. cons. Quia 1^o aliter docet Scriptura, in quâ legimus, justorum pia opera Deo placere, et certam facere eorum vocationem et electionem. Præterea peccatum quoque esset justis hoc à Christo præcepta oratio: Dimitte nobis debita nostra, nec non et iste actus, apud adversarios justificans: Credo per Christum mihi remissa esse peccata mea. Quia 2^o Ibi propheta loquitur in personâ impiorum Judæorum, et solum de observatione caeremoniarum legalium, et de sacrificiis, quæ polluebant multis defectibus admittis, unde Deum sic postea loquentem adducit: Invensum abominatio est mihi.

114.

Ob. 3^o Luca 17. Christus ita loquitur, Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis dicite: Servi inutiles sumus. Ergò actiones nostræ non sunt verè ac propriè meritoria.

Resp. neg. cons. Quippe servi inutiles appellamur, etiam observatâ lege; non quòd non mereamur bonis operibus, sed quia absque gratiâ et Dei promissione nihil

conferebant opera nostra ad salutem; vel ^{145.}
quia re ipsa etiam Deo non prosunt, sed no-
bis tantum. Ita S. Ambrosius, et Augustinus.

Ob. 4^{to}. Vita aeterna dicitur gratia ^{115.}
Rom. 6. Ergo non est merces, undusque
eam mereri potest de condigno.

Resp. neg. cons. Vita enim aeterna
dicitur simul et gratia, et merces seu coro-
na justitiae: gratia quidem, quia repen-
ditur bonis operibus ex gratia factis; mer-
ces vero, quia ex justitia debetur iis, qui
legitimè pugnaverunt ac vicerunt. Ita S.
Augustinus, Ep. 105. et lib. de correptione et gratia. c. 13.

Ob. 5^{to} Ibid. c. 8. ait Apostolus: ^{116.}
Non sunt condignae passionibus huius temporis
ad futuram gloriam, quae revelabitur in
nobis. Ergo p.

Resp. neg. cons. Ibi namque loqui-
tur Apostolus de passionibus ex se praesente
secundum suam substantiam, gravitatem,
et durationem spectatis; non autem qua-
tenus sunt passionibus ex gratia propter De-
um à filiis eius adoptivis toleratae, et Chris-
ti meritis immixtae: haec enim considerata,
ait S. Thomas h. a. 3. ad 3. condignitatem
habent cum premio vitae aeternae, et in non
actu, certa virtute; sunt semen arboris,
in quo est tota virtus ad arborem. Unde
Ephes. 1. gratia dicitur pignus hereditatis
nostrae. Et 2. ad Thessal. Apostolus fide-
les adhortans ad tribulationes patienter
sustinendas, sic habet, ut digni habeamini
regno Dei.

Ob. 6^{to} Ad Tit. 3. Non ex operi- ^{117.}
bus justitiae, inquit idem Apostolus, qua
salvamus nos, sed secundum suam misericor-
diam salvos nos fecit. Ergo per Dei miseri-
cordiam, non bona opera, salvi sumus p.

146.

Resp. neg. cons. Ibi enim loquitur
Apostolus de justificatione primâ, seu de sa-
lute inchoatâ, quæ habetur in hæc vitâ per
gratiam justificationis: non de salute per-
fectâ seu confirmatâ, quæ destinatur
iustis in coelis, ut patet ex verbis immediate
sequentibus: Sed secundum suam misericor-
diam salvos nos fecit per lavacrum regene-
rationis, et renovationis Spiritus Sancti.
Item ibi loquitur de iustitiâ et operibus
quæ fidem et gratiam Christi procedunt:
opera autem sine fide in Christum, nec ex
eius gratiâ, nec ab eius vivis membris facta,
non possunt esse meritoria vitæ æternæ.

119.

Ob. 7^{mò} Ad meritum requiritur
totius legis observatio. Atqui hæc in hæc
vitâ est impossibilis, cum Iacobus Apostolus
asserat, omnes in multis offendere, et cum
hæc duo præcepta: Diliges Dominum Deum
tuum ex toto corde tuo. Non concupisces, in
hæc vitâ servari non possint.

Resp. neg. min. ad eius probatio-
nem, Iacobus loquitur de peccatis venia-
libus, quæ non extinguunt charitatem, sed
illius fervorem minuant tantum. Ita SS:
Augustinus, et Thomas. Primum Deca-
logi præceptum jubet 1^o ut Deum rebus om-
nibus creatis anteponamus; 2^o ut nihil nisi
in ordine ad ipsum amemus; 3^o ut ad perfec-
tum Dei amorem coneremus: at tria hæc
maximè possibilis sunt. Præceptum
Non concupisces, prohibet concupiscentiâ
titidanti consensum, quem cum gratiâ ei
negare possumus, quamvis titillationem
ipsam impedire non valeamus.

119.

Ob. 8^{vò} S. Augustinus variis in locis
nostra doctrina videtur esse contrarius, ut

10. In Epistol. 70. Serm. 2. ubi ait: Cum premi-^{144.}
um venerit, sua dona coronabit Deus, non tua
merita. 20. Serm. 15. De verbis Apost.
Prooris gratis datus, gratis servas, qui nihil in-
venis unde salves, et multum invenis unde
salves. 30. lib. De grat. et lib. arb.

Dicit: Insuper accipiemus et gratiam pro
gratia, quando nobis vita aeterna reddetur.

40. Eodem lib. c. 9. ait: Maluit dicere:
gratia autem Dei vita aeterna, ut hinc in-
telligeremus, non pro meritis nostris Deum
nos ad aeternam vitam, sed pro sua misera-
tionem perducere. Ergo p.

Resp. neg. ant. ad idem S. Doc-
toris textum dicimus, cum solum velle,
quod Deus tribuendo justis beatitudinem
aeternam, non coronet merita, quae sunt
in ipsis ex solis natura vivibus, qualia nulla
esse possunt; sed coronet merita, quae sunt
in nobis ex gratia, quaeque hoc ipsa sunt
merita nostra, ut vere sint etiam dona Dei.
Eminere hinc expresse agnoscat beatitudi-
nem esse premium: at omne premium
est alienius meriti premium: ergo agnoscat
in justo aliquod beatitudinis meritum.
Quare exhibet tantum merita nostra in sen-
su Pelagianorum, hoc est, merita ex solis
natura vivibus profecta. Nam ibi et in
similibus locis impugnat Pelagianos asse-
rentes vitam aeternam haberi et retribui
meritis ex solis natura vivibus profectis,
qualia sane nulla sunt; prout constat ex
lib. De grat. et lib. arb. c. 6.

Ad 2. dum Resp. In eo sensu Deus
gratis salvat, quod vitam aeternam det
nulla merita habentibus, quae non fuerint
ab eo donata: sive Deus gratis salvat, quia
gratis dat gratiam, per quam salutem

148. meremur et salvamur. Itaque juxta S. Au-
gustinum Deus antequam nobis gratis do-
net gratiam, nulla invenit in nobis bona
merita, propter quae nos salvare possit,
sed è contra multa invenit mala merita,
propter quae nos damnare possit; et tamen
nos salvat et gratis salvat, quia nos salvat
propter merita, quae sunt ejus dona. Unde
solum vult vitam aeternam non dari prop-
ter opera ex solis natura viribus facta, et
gratiam precedentia prout patet ex his
verbis, ea, quae huc obijciuntur, precedenti-
bus: Non putes te promerendo accepisse,
qui non promereres, nisi accepisses. Gratia
praecipit meritum tuum, non gratia ex
merito, sed meritum ex gratia. Nam si gra-
tia ex merito emisti, non accepisti.

Ad 3^{um} Ex S. Doctore vita a-
eterna est gratia, quia datur bonis meritis,
quae sunt effectus gratiae, et dona Dei, prout
se ipsum explicat Ep. 105. ubi, Unde, inquit,
et ipsa vita aeterna, quae utique in fine
sine fine habebitur, et ideo precedentibus
meritis redditur; quia tamen eadem me-
rita, quibus redditur, non à nobis parata
sunt per nostram sufficientiam, sed in no-
bis facta per gratiam; etiam ipsa gratia
nuncupatur, non ob aliud nisi quia gratis
datur. Nec ideo quia meritis non datur, sed
quia data sunt et ipsa merita, quibus da-
tur.

Ad 4^{um} Sic loquitur S. Augusti-
nus, non quod sentiat vitam aeternam mi-
nimè retribui nostris bonis operibus, sed
quia bona illa opera, quibus retribuitur
vita aeterna ut merces, Deus in nobis pro
sua misericordià operatur per gratiam

efficacem pure gratuitam, ut ipse explicat co.¹⁴⁹.
Dem Cois: cum posset, inquit, dicere: stipem
divinam justitiam aeterna vita; maluit dice-
re: gratia autem Dei vita aeterna..... Dein-
de sic prosequitur: Nunquid non corona
bonis operibus redditur? Sed quia ipsa bona
opera ille in bonis operatur..... Ideo dicit
Psalmus: coronat te in miseratione et mi-
sericordia; quia eius miseratione bona ope-
ramur, quibus corona redditur.

Ob. 9^{mo} S. Gregorius Magnus lib. 9. 120.
Moral. c. 14. ait: Si opus virtutis exeruero,
ad vitam non ex meritis, sed ex venia con-
ualesco. Ergo p.

Resp. neg. cons. S. Gregorius hic
loquitur de peccatore, qui revera grati-
to, non ex merito, justificatur, quamvis
se per bona opera supernaturalia ad
justificationem disponat. Præterea,
etiamsi de justo loqueretur, sensus esset,
quod dum opera virtutis facimus, ad vi-
tam conualescimus non ex meritis sine
gratia acquisitis, sed ex venia et miseri-
cordia, per quam justificati à Deo, ejus
gratia ope bona opera agimus.

Ob. 10^{mo} S. Bernardus, Serm. 61. 121.
in Cant. ait: Proinde meritum meum,
miseratio Domini. Ergo.

Resp. neg. cons. Hoc dicit S. Bernar-
dus, quia merita nostra proficiuntur ex
miserordia Dei; nam nostra bona opera
vitam aeternam non merentur, nisi quia
per gratiam misericorditer donatam facta
sunt ab homine misericorditer justificato,
et quia is à Deo misericorditer promissa
est vita aeterna.

150.
122.

Ob. ii. mo Doctrina de merito operum
opponitur tum discrimini legis novae aban-
tiqua, tum verae ac Christianae libertati:
praesupponit enim bonorum operum ne-
cessitatem ad vitam aeternam consequen-
dam, quam tamen Evangelium et liber-
tas Christiana rejiciunt; Lex quippe no-
va coelum proponit sine ulla conditio-
ne praeterquam fidei; et in hoc consistit
libertas filiorum. Ergo p.

Resp. neg. ant. ad ejus prob. neg.
quod Evangelium et libertas Christiana
bonorum operum necessitatem ad vitam
aeternam consequendam rejiciant, p. Lex
antiqua namque differt a nova in myste-
riis, quae figurate tantum adumbrabat; in
promissionibus, ut pote terrenis; in legibus,
quae multa ad duritiam cordis, Judaeis per-
mittebant. Praeterea lex vetus sola vene-
rat; nova vero cum gratia simul ita ut
justitiam Christiani cum gratia auxilio con-
sequantur. Christiana libertas autem
posita est in libertate a peccato; a jugo le-
gis ceremonialis, a reatu legis naturalis, non
quidem adimendo vim obligandi, sed
vires obediendi tribuendo, juxta illud
Apostoli ad Galat. 5. Si spiritu ducimini,
non estis sub lege. Unde patet quod pro-
missio vitae aeternae sub conditione bono-
rum operum nec Evangelii a lege discrimen,
nec libertatem Christianam evostat; idque
eo evidentius, quod bona opera illa Chris-
tus ipse praeceperit in sermone, quem in
monte habuit Matth. c. 5. tanquam media
ad regnum caelorum et beatitudinem aeternam
adijiscendam absolute praerequisita.

Ob. 12^{mo}. Christus nobis meritus ^{151.}
est vitam eternam. Ergo. ^{122.}

Resp. Dist. ant. Meritus est nobis
vitam eternam ut consequendam tum ti-
tulo hereditatis, tum titulo mercedis per
bona opera, conc. Ut consequendam solo
tulo hereditatis. neg. ant.

Inst. 1^o. Merita Christi Sufficiunt
ad vitam eternam consequendam. Ergo in-
utilia sunt nostra merita. — 74

Resp. Dist. ant. Merita Christi suf-
ficiunt, si nobis plenè et complete appli-
centur ad beatitudinem consequendam,
conc. Scius, negamus ant. Merita au-
tem Christi nobis non applicantur plenè
et complete in ordine ad beatitudinem
consequendam nisi per bona opera meri-
toria ex eius Gratia facta, ejusque me-
ritis innixa; idque ex voluntate Dei et
ipsius Christi nobis per Scripturam et Tra-
ditionem declarata ad excitandos homi-
nes ad multa bona opera agenda, juxta
illud 1. Cor. 15. Abundantes in opere Domi-
ni Semper, scientes, quod labor vester non
est inanis in Domino.

Inst. 2^o. Si ad beatitudinem re-
quiruntur merita hominum. Ergo non
sufficiunt merita Christi. atque p. Ergo.

Resp. neg. sequel. maj. Quia me-
rita hominum non requiruntur propter
insufficienciam meritorum Christi, sed
propter eorum applicationem, et maxi-
mam efficaciam. Nam Christus non so-
lum beatitudinem eternam, sed etiam
virtutem illam merendi nobis meruit;
unde merita nostra commendant me-

152. *merita Christi, à quibus vim suam accipiunt, nedum illis derogant. Bona necessitas operum meritoriorum ad salutem provenit ex ordinatione Dei, qui noluit adultis beatitudinem tribuere nisi propter merita Christi iis tali modo applicata, nempe per bona opera ex eius gratia facta, et ab eo vim merendi accipientia.*

Iust. 3^o. Saltem per merita hominum dividitur gloria inter Deum et hominem. Ergo.

Resp. neg. ant. Quia justorum merita sunt dona Christi; à meritis Christi oriuntur, et vim suam accipiunt: nam proficiuntur ex eius gratia, et propter eius merita acceptantur à Deo in premium. Unde quidquid meriti habent opera nostra in totum redundat in laudem meritorum Christi, et ab eorum efficacia oritur. Itaque non minus salutem nostram totam ac integram Christo referre debemus, cum illam meritis nostris acquirimus, quam si absque ulla nostris obtineremus meritis; imò multò magis illi obstricti sumus, et debemus, siquidem non solum per eius gratiam et merita salvamur, sed etiam nobilissimò honorificentissimòque modo salvamur.

124. *Ob. 13^{tiò}. Vulgò à Theologis dicitur Deus remunerare supra condignum, et punire infra condignum. Ergo.*

Resp. neg. cons. Deus bona opera justorum remuneratur supra condignum, quia in retribuendò illis premio non attendit solum ad propriam illorum operum excedentiam et personam illa exsercentis

dignitatem, sub qua consideratione ali- 153.
quid minus beatitudine eterna est illis
premiu[m] equale; sed etiam insuper
attendit ad suam et Christi excellentiam,
sub qua sola consideratione vi-
ta eterna est premi[u]m illis equale.
Quare Deus remuneratur supra con-
dignum justorum bona opera conside-
rata solum secundum propriam et illa
exercentis excellentiam, non autem
considerata etiam secundum excellen-
tiam tum personae remunerantis, tum
personae propter quam premi[u]m affici-
untur. Hinc illud S. Basilii in Ep[ist]ol.
114. Requies aeterna non secundum ope-
rum debitum ac meritum retribuitur,
sed juxta magnificentiam Dei his, qui in
ipsum speraverunt, exhibetur.

Ob. 14^{to} Haec Baji propositio: 125.

Opera bona justorum non accipient in
die judicii extremi amplio[m] mere-
dem, quam justo Dei judicio merean-
tur accipere, damnata est. Ergo bona
opera justorum non merentur de condi-
gno vitam aeternam, quae eis retribu-
tur.

Resp. Dist. cons. Non merentur
de condigno, si praesens secundum se,
sive secundum propriam excellentiam
considerentur, cons. si spectentur se-
cundum excellentiam tum personae re-
munerantis, nempe Dei, tum perso-
nae propter quam premi[u]m afficiuntur
nempe Christi, neg. cons. Contra Baji

— Lim [E]ff[er]e
pag. 95

154. proportio damnata est, quia in ea agitur de bonis operibus solum secundum se seu propriam excellentiam, et illa excellentis excellentiam spectatis.

126. Ob. 15^{to} Meritum de condigno exigit aequalitatem et proportionem actus meritorii cum premio. Atqui impossibile est, ut actus humani proportionem habeant cum premio vite aeternae quod est infinitum, ut potest Deus ipse. Ergo.

Resp. Dist. min. actus humani in se praesertim spectati non habent proportionem cum premio vite aeternae, conc. Si considerentur, quatenus informantur gratia adoptionis, seu quatenus fiunt a filiis adoptivis et ex motione Spiritus Sancti, neg. min. Sic enim spectata bona iusti opera possunt esse aequalia premio vite aeternae, et si non actu, certe virtute; sicut semen est quantum ad virtutem aequale arbori. Unde Psal. 125. Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent; quo in loco bona opera semini comparantur, fructus vero seu merces eorum, longibus et manipulis spicarum.

127. Ob. 16^{to} Nemo potest de condigno mereri per id, quod gratis accepit a creditore. Atqui bona opera gratis a Deo conceduntur hominibus, eaque omnia pluribus titulis Deo debita sunt. Ergo.

Resp. Dist. maj. Merito de condigno ad rigorem, cuius condignitas et valor in nulla creditoris gratia fundatur, conc. Merito de condigno simpliciter, quod dicit aequalitatem operis, et si eius valor et dignitas

tas, utatur remunerantis gratia, neg. maj. 155.
Hinc bonus et justus Dominus sua in bonis dona
coronat, inquit S. Augustinus. Itaque
triplex distinguendum est meritum. Pri-
mum ex rigore justitiae, quod dicit aquali-
tatem operis cum premio, sine gratia
ex parte remunerantis. Secundum de con-
digno, quod dicit aequalitatem operis, etsi
ejus valor et condignitas fundatur in gra-
tia remunerantis. Tertium de congruo,
quod non tantum dicit gratiam remune-
rantis, sed etiam operis inequalitatem,
quamvis congruum sit, ut illi rependatur
aliquid praemii loco. Primi generis me-
ritum, quod eximium est, Solus Christi est
proprium. Secundum competit Soli justo,
cum operatur ex impulsu gratiae. Ter-
tium, annexum est quibuslibet bonis
operibus ordinis Supernaturalis in statu
peccati factis; is enim, non quidem ex
justitia, sed ex aliqua decentia et con-
gruitate praemium quoddam debetur.

Ob. 17. mo Inter Deum et homi- 128.
nem nulla intercedit justitia. Ergo
nec meritum de condigno.

Resp. Dist. ant. Nulla interce-
dit justitia omnino perfecta, absoluta
et rigorosa, com. vera et propria, sal-
tem praehypotheta Dei ordinatione et pro-
missione, neg. ant. Inter Deum et
hominem non est justitia strictè et
rigorose: tum quia omne meritum nos-
trum fundatur in gratia; tum quia
omnia nostra Dei sunt, eaque sibi vin-
dicare potest titulis Creatoris, Conser-

156. vatoris, Domini, p. Unde fit, ut Deus non sit nobis simpliciter debitor, sed sibi ipsi: attamen praesupposita ordinatione divina, ipsaque promissione mercedis vitae aeternae, verum est ac proprie dictum meritum Deum inter et hominem, recteque dicitur Deum debere justis vitam aeternam, et quidem non solum ex fidelitate, sed etiam ex justitia; juxta illud Apostoli 2. ad Tim. 4. In reliquo reposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi in illa die justus Juxta. Et vero

2. 78

promissio sub conditione operis condigni induit obligationem ex justitia, si ea fuerit acceptata, et illud opus prestetur. Atqui Deus promissit vitam aeternam sub conditione bonorum operum, quae, quatenus procedunt ab homine justo ex motione Spiritus Sancti, condignitatem habent cum vita aeterna, ut vidimus, certumque est justos dictam promissionem saltem implicitè acceptare. Ergo.

129. Ob. 18.º Contra ultimum assertum nostrum, quod justus non possit de condigno mereri perseverantiam, p.

Qui potest de condigno mereri finem, potest etiam de condigno mereri media ad finem. Atqui justus potest juxta dicta de condigno mereri vitam aeternam. Ergo potest et perseverantiam, quae medium est, de condigno mereri.

Resp. 1.º neg. maj. Nam prima omnium gratia est etiam medium ad finem, nec tamen illam homo potest

mereri. Resp. 2^o. Equidem vita 154.
aeterna cadit sub meritum de condigno, sed
non conservatio juris ad vitam aeternam; un-
de nec quae necessaria sunt ad conservatio-
nem talis juris, ea cadunt sub meritum.
atqui talis est perseverantia. Ergo p.

Inst. Qui meretur id quod est ex-
cellentius, potest mereri id quod est minus.
atqui vita aeterna est excellentior perseve-
rantia. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Si cetera sint pa-
ria, conc. Sicut, neg. maj. Porro cetera
non sunt paria: extat enim promissio
de conferenda vita aeterna, tanquam mer-
cede bonis, justorum operibus; nulla vero
extat promissio de perseverantia, tan-
quam mercede et ex justitia concedenda.

Ob. 19^o Christus saepius promisit 130.
Se orantibus daturum quidquid petie-
rint, Matth. 7. Joan. 16. et alibi. atqui
sub idâ generali promissione continetur
perseverantia. Ergo Deus promisit per-
severantiam orantibus: proindeque justi
illam de condigno merentur.

Resp. Dist. maj. Promisit per
modum gratuiti doni et ex liberalitate,
conc. per modum mercedis, coram et
ex justitia, neg. Unde neg. cons. Per-
severantia proposita est justo, ut gratia
precibus obtinenda, non ut merces pro-
pria dicta, ac proinde de condigno illam
mereri nequit.

Ob. 20^o Potest justus mereri 131.
de condigno argumentum gratia habitualis.
Ergo et aliquod auxilium actuale efficiat.

158. eadem enim est in utroque ratio, par et equalis utriusque gratia dignitas: porro si possit justus de condigno mereri auxilium efficacius ad bonum opus agendum, eadem ratione per istud opus subsequens poterit mereri auxilium efficacius ad aliud, et per istud, aliud similiter, et sic deinceps; Ergo p.

Respon. neg. cons. et parit. Disparitas est, quia extat promissio Dei de concedendo ex iustitia in bonis operibus gratia augmento, et non desit aliqua huic conditio ad meritum de condigno requisita. Is qui iustus est, inquit Apostolus, 2. Cor. 4. renovatur de die in diem. Et Apocal. ult. Qui iustus est, justificetur adhuc: et Sanctus Sanctificetur adhuc. Unde definit Concilium Trid. Sess. 6. can. 32. Justificatum bonis operibus, quo ab eo per gratiam Jesu Christi, cuius vivum membrum est, fiunt, mereri gratia augmentum. Et S. Augustinus Epist. 106. Gratia, inquit, meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici. at levis est de auxilio efficaci.

2^o. Nihil obstat quominus iustus mereatur de condigno augmentum gratia habitualis; est videtur repugnare gratia, quam Deus solet in hoc saeculo impetiri, ut per ipsam justus mereri possit de condigno aliud auxilium efficacius; ex vi enim talis meriti, ut antea observavimus, unico actu meritorio justus confirmaretur in gratia et impeccabilis redderetur.

Caput Quintum.

De Gratia actuali.

159.
133. 99

Capite primo hujus Treatatus Gratiam actualem definivimus, Auxilium inter- num, Supernaturale, transiens, quo Deus creaturam intellectualem illustrat, excitat, et adjuvat ad elicendos actus salutares.

Igitur gratia actualis mentem illustrat, et voluntatem excitat et adjuvat. unde etiam excitans dicitur et adjuvans, prout ibidem adnotavimus. verum famosissima est hujusmodi Gratia excitantis divisio, qua in gratiam suffi- cientem, et efficacem dividitur, qua de re hu potissimum nobis sermo est instituendus, ut pote unde cetera gratia actualis subdivisiones pendent. prius tamen de ea generatim sumpta quaedam nobis expendenda veniunt. Et ne fusa rerum hu a nobis exponendarum materia confusionem aliquam pariat, praesens Caput in tres Sectiones disperimus. In quarum 1^a de gratia actuali generatim; In 2^a de gratia sufficiente. Et in 3^a denique de gratia efficaci differemus.

Sectionis Prima

134.

De gratia actuali generatim sumpta.

Varia de gratia actuali generatim sumpta quaeere solent Theologi, quo singulis S^{ph}is expendimus.

S. 1^{us}

135.

Utrum sine gratia actuali possit quis aliquid conducens ad salutem.

Afferre Belagiani et Semipelagiani, prout supra c. 2. S. 2. et 3. adno-

160. Cavinnus, atque ob id ab Ecclesia damnati fue-
runt. Contra quos proinde sit
136. Conclusio.

Nemo sine gratia actuali
quidquam potest velle, agere, perficere,
aut etiam inchoare, quod conducat ad Sa-
lutem eternam.

consequenter
ne quidquam
ex solis naturae
viribus facere,
quo se aliquis mo-
do disponat ad
gratiam actualem
recipiendam. Quia
omnis actus ad
gratiam actualem
recipiendam dis-
ponens, est actus
ad salutem condu-
cens.

Prob. 1^o ex Scripturis. Joan. 6. Ne-
mo potest venire ad me, nisi Pater, qui
misit me traxerit eum. Ibid. c. 15. v. 4.
Sicut palmes non potest ferre fructum à
semetipso, nisi manserit in vite; sic nec vos,
nisi in me manseritis. Et v. 5. Sine me
nihil potestis facere. Non ait: non po-
testis operari facile, sed nihil potestis,
ut advertit S. Augustinus, lib. De grat. Chris.
c. 29. Rom. 11. Quis prior dedit illi, et
retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per
ipsum, et in ipso sunt omnia. 1. Cor. 4.
Quid habes, quod non accepisti? Si autem
accepisti, quid gloriaris, quasi non accepe-
ris? S. Augustinus lib. De predest. 11. c. 3.
testatur, se hoc Apostoli testimonio vic-
tum recepisse à Semitis Semipelagianor-
um; in quibus ante Episcopatum errabat.
2. Cor. 3. Non quod sufficientes simus
cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis,
sed sufficientia nostra ex Deo est. Philipp.
1. Qui coepit in vobis opus bonum, perficiet
usque in diem Christi Jesu. Et c. 2. Deus
est, qui operatur in nobis et velle et perfici-
cere, pro bonâ voluntate. Qui textus
secundum interpretationem Patrum signi-
fiant, nos sine gratia internâ provenien-
te non posse velle, agere, vel etiam in-
cipere ullum opus salutare.

4. 70. —

Prob. 2^o. Ex Coniiliis, quibus confessa 161.
fuit Pelagiana heresis. Talia fuerunt duo
Carthaginensia, Milevitanum, Atraneianum
II. et alia, quorum verba, in re adeo
manifesta, exscribere superuacaneum est.

Prob. 3^o. momentis Theologicis,
quibus contra Pelagianos usus est S. Augus-
tinus. Primum petitur ex humana natu-
ra corruptione per peccatum, quo vires vo-
luntatis ita debilitatae sunt, ut sine in-
teriori Spiritus Sancti Subministratione,
qua loquitur et ad opus bonum torquentem
excitet voluntatem, in bonum superna-
turale tendere indubitanter possit.

Secundum desumitur ex necessi-
tate orationis, Oratio, inquit S. Doctor
Ep. 174. est gratia testificatio. Constat
autem in Ecclesia semper habitas fuisse
orationes tanquam necessarias, quibus
gratia impetretur. Ergo p.

Ex dictis per necessariam con- 137.
sequentiam sequitur, Neminem posse so-
lis naturae viribus neque meritate neque
immediate se disponere ad gratiam ha-
bitualem recipiendam, sed ad hoc indigere
gratia actuali excitante et preveniente p.
quippe sine qua habitualis seu Sanctifi-
cans non valet in actum huius et unum erum-
pere. Ita communis Theologorum post
S. Thomam 1. 2. q. 109. a. 2. et 9.

Immediate non potest, quia ne-
quit se ad illam immediate et proxime
disponere nisi per actus fidei Spei et
Charitatis perfectos, vel imperfectos cum
Sacramento. Atqui nemo potest ex solis

162. natura viribus se disponere per hos actus:
nam hi actus fieri non possunt sine gratia
preveniente seu actuali, ut definit Con-
cilium Trid. Sess. 6. can. 3.

Sed nec mediate seu remote se
quisquam disponere potest ad gratiam
habitualement recipiendam; Nam nemo potest
mediate et remote se disponere ad justi-
ficationem solis natura viribus, nisi possit
solis natura viribus se disponere ad recipi-
endam gratiam actualem, quam elicere
possit actus Fidei, Spei, Charitatis, vel
Poenitentiae. Atqui hoc nemo potest, ut
probatum est. Ergo.

138. Solvuntur objectiones.

Ob. 1^o. In Scripturis saepissime in-
dicatur primam hominis bonam volun-
tatem praevire gratia. Sic 1. Reg. c. 4. Pre-
parata corda vestra Domino. Zachar. i.
Convertimini ad me, ait Dominus, et ego
converterar ad vos. Prov. 16. Homini est
preparare animam. Item Luc. 3. Parate
viam Domini. Ergo.

Resp. neg. ant. ad citatos textus,
dicimus, haec et similia Scripturae testimo-
nia gratia necessitatem non excludere, sed
liberam hominis sub gratia commendare
operationem, commendant ergo liberum
arbitrium, sed non excludunt gratiam
prevenientem, prout hic Psalmista testis
Convertite nos Deus Salutaris noster idem praestat,
atque gratiam prevenientem commendat
sine dispendio libertatis. Ita disertis verbis
S. Augustinus, lib. de grat. et lib. arb. Hinc
etiam Concilium Trid. Sess. 6. c. 5. ait: Cum

dicuntur: Convertimini ad me, et ego con- 163.
vertar ad vos: libertatis nostrae admone-
mur. Cum respondemus: Convertite nos
Domine, et convertemur: Dei nos gra-
tia preveniri confitemur.

Ob. 2^o. Paulus Rom. 7. ait: velo ad- 139.

jaet mihi: perficere autem bonum non in-
venio. Ergo desiderium salutis est à nobis.

Resp. neg. cons. Nam sensus Apostoli
est, quod cum gratia Dei velit aliquid, quod
sine ulteriori gratia obtinere non potest.
Volebat quippe facere bonum facile et per-
fectè perfectione excludente omnem con-
trarium concupiscentia motum.

Ob. 3^o. Cornelius Centurio oratione 140.
et eleemosynis sine gratia factis obtinuit
gratiam, quã ad fidem et justificationem
pervenit. Ergo.

Resp. neg. ant. Nam ejus oratio et
eleemosyna facta sunt ex auxilio gratia
prevenientis, imò ex fide supernaturali ve-
ri Dei ut remuneratoris, quod objectum fi-
dei à Judæis, vel per illustrationem, didi-
cerat. Nei tamen sine aliqua fide dona-
bat, et orabat, ait S. Aug. lib. de predestin.
55: c. 7.

Ob. 4^{to}. Justinus Martyr apolog. 2. 141.
Docet eos, qui ante Christum cum ratione
vixerunt, Christianos fuisse. Ergo.

Resp. neg. cons. Justinus vult so-
lum, eos, qui ante Christi adventum ratio-
nis ductum sentierunt, in hoc ipso legem
Christianam servasse, qua legis naturalis
observantiam præcipit, et sic quòdam mo-
do Christianos fuisse. At legem natu-

5. 99.

164. valent in rebus difficultibus Servare non potuerunt sine gratia Dei.

142. Ob. 5^{to} Clemens Alexandrinus, lib. 1. Strom. docet Græcos venisse ad Christum per philosophiam, et ab eâ fuisse justificatos. Et lib. 7. dicit philosophiam Græcam preparare animam ad fidem. Ergo.

Resp. neg. cons. Clemens solum vult Philosophos ope luminis naturalis bona quædam opera ordinis naturalis fuisse, et ad Dei cognitionem pervenisse. Aperendo autem Philosophiam preparare ad fidem, valde improprie locutus est, et solum intendit philosophiam tollere aliqua ad fidem impedimenta, quæ sine idâ fuissent. Nam ipse in libris Stromatum 2. 5. et 6. omnia hominum merita tribuit gratis, et contendit Dei cognitionem, quæ ad justificationem necessaria est, haberi non posse sine gratia.

143. Ob. 6^{to} S. Hilarius, lib. 8. De Trinit. dicit Deum non dare nobis voluntatem, quæ si data esset, non haberet suæ premium. Et in Epistol. 118. dicit originem incipiendi à nobis esse. Ergo.

Resp. neg. cons. 1^o Hilarius solum intendit contra Manichæos Deum non dare nobis voluntatem, ipsam necessitando, quod indicant verba ibidem sequentia. 2^o vult solum significare Determinationem ad bonum esse nostre voluntatis gratia præveniente et adjute. Nam ibidem agnosuit ex divina bonitatis munere incipere orationem et deprecantis salutem,

omniaque à divina bonitate inchoari. 165.

Ob. 7^{mo} S. Chrysostomus docet, vel 144.

Supponit hominem posse ex solis nature vi-
ribus aliquid ad salutem conduens, et seip-
sum preparare ad Gratiam. Nam hom.
9. in Genes. sic ait: Gratia parata est, que
rens qui se cum largitate suscipiant. dicitur
si Deus viderit animam vigilem, et deside-
rium fervens, ipse has divitias largiter
suppeditat. Et hom. 24. in Joan. Hinc
admoneri possumus, Deum suis in nos be-
neficiis nostras non provenire volunta-
tes, sed à nobis incipiendum esse. Sed cum
nos prompto paratoque animo ad suscipi-
endam gratiam exhibemus, tunc multas
nobis offert salutis occasiones. Et hom.
12. in Epist. ad Heb. Oportet nos eligere pri-
mium que bona sunt, et tunc Deus que
sua sunt introduit. Non antecedit nos-
tras voluntates, ne cedat arbitrium: cum
autem nos elegerimus, multam tunc af-
fert auxiliacionem. Ergo.

Resp. neg. ant. Nam S. Doctor mul-
tis locis docet, omnes actus salutares seu
conducentes ad salutem esse à Gratia
proveniente, ut hom. 13. in Joan. Gra-
tia Dei semper in beneficiis priores sibi
partes vindicat. Et hom. 22. in Genes.
Quia in nostra voluntate totum post gra-
tiam relictum est, ideo et peccantibus
supplicia proposita sunt, et bene ope-
rantibus retributiones. Et hom. in
c. 4. 1. ad Cor. Igitur quod accepisti ha-
bes, neque hoc tantum aut illud, sed

6. 50.

186. quidquid habes, non enim merita tua ha-
lent sed est, non ex solis tuis viribus na-
turalibus proveniunt; sed Dei gratia.
Quamvis fidem adducas, quamvis dona,
quamvis doctrina sermone, quamvis
virtutem, omnia tibi inde provenerunt.
Quid igitur habes, quae, quod acceptum
non habeas? Num ipse per te recte ope-
ratus es? Non sane, sed accepisti.... prop-
terea cohibearis oportet: non enim tuum
id munus est, sed largientis.

Igitur quamvis in locis objectis
et aliis similibus mentionem gratiae non
faciat, eam tamen semper supponit, et
alibi eius necessitatem sufficienter expri-
mit, ut in textibus abatis. Ideo autem
in locis objectis et aliis similibus grati-
am prevenientem non memorat, quia
totus est in defendendo libero arbitrio con-
tra Manichaeos, et in adducendis homini-
bus ad exercenda bona opera, et in exu-
tienda eorum negligentia, ne scilicet
homines putent se in omnibus à Deo sic
proveniri per gratiam, ut nihil sibi a-
gendum relinquatur. Quare in tex-
tibus objectis intendit solum, quod Deus
non dat saltem communiter magna gra-
tiae dona ad exercenda praestantiora vir-
tutum opera, nisi iis, quorum voluntas
jam preparata fuerit, scilicet per gra-
tiam prevenientem sed minorem et ad-
minus excedentia opera exitantem. Item
quod Deus non preveniat nostras volunta-
tes, totum faciendo, et nihil nobis agen-
dum relinquendo; sed cum preparati fue-

164.
rimus, bene utendo gratiã acceptã, puta gra-
tiã orationis et boni desiderii, tunc Deus mul-
tas ulteriores et potentiores Gratias nobis sup-
peditat. Nam re verã bonus usus minorum
donorum est dispositio ad majora beneficia
acquirienda. Sic exponi debent similes
aliorum Patrum textus.

Ob. 8^{vo} S. Hieronymus, Dialog. 3. con-195 — 7. 91
tra Belagianos, ait: quã s. justitiã / labore,
et industriã ac diligentia, et super omnia
Dei clementia custoditur, ut nostrum sit
rogare, illius sit tribuere, quod rogatur;
nostrum incipere, illius perficere; nostrum
offere quod possumus, illius perficere quod
non possumus. Ergo.

Resp. neg. cons. S. Hieronymus hic
supponit Gratiam, quã possumus orare,
incipere, velle; et intendit ista presta-
re nostrum esse dependentem à gratiã præ-
veniente et adjuvante, ita tamen, ut
plus sepe non possumus, sed Dei sit dare
nobis uberiores gratiam, quãcum majo-
ra possumus prestare. Nam cum gratiã,
quam habemus, non possumus quilibet
prestare; sed aliquando possumus tantum
orare, et bonum aliquod opus incipere,
et ita boni operis initium seu desiderium
Deo offerre: cui gratia si cooperemur, De-
us uberiores et potentiores Gratias con-
cedet, quibuscum bonum propositum
exequi, et plura ac prestantiora ope-
ra efficere possumus.

Hanc esse mentem S. Doctoris pa-
tet ex eo, quod clarè agnoscat gratia

168. provenientis necessitatem ad quemlibet actum salutarem, ut Ep. ad Demetriadem, ubi ait: Velle et nolle nostrum est; insimulque quod nostrum est, sine Dei miseratione nostrum non est. Et Ep. ad Ctesiphontem: Velle et currere meum est, sed ipsum meum sine Dei semper auxilio non erit meum. Sic

explicandi sunt aliqui aliorum Patrum textus similes, quibus nempe solum intendunt, nos cum certo gratia auxilio multa velle, ad quae perficienda opus sit ulteriori auxilio uberiori ac fortiori. In aliis vero locis, qui objici possunt, Patres supponunt Gratiam convenientem. Sic cum S. Ambrosius in Gal. 6. ait: Ne cupites, ut excuset te Christus, sed prius Christum excita: solum significat orandum esse Christum cum eius gratia ad obtinendum ab eo majus auxilium ad executionem boni necessarium.

146. Ob. 9^o. Si homo nihil salutare iniipere et facere possit sine gratia proveniente, non erit liber. falsum consequens. Ergo.

Resp. neg. seq. maj. Equidem homo sine gratia proveniente, non est liber ad idum bonum salutare iniipiendum et agendum, cum à gratia auipiat potentiam idud inchoandi et agendi; sed cum gratia est liber, quia gratia voluntatem non necessitat, sed sanat, excitat, complet, corroborat et adiuvat. Beato Arda, inquit S. Aug. lib. 2. contra duas Ep. Pelagian. c. 5. liberum arbitrium de hominum naturam perisse non diuinus, sed ad peccandum valere in hominibus subditis diabolo.

ad bene autem pieque vivendum non valere, ^{169.}
nisi ipsa voluntas hominis Dei gratia fuerit
liberata, et ad omne bonum actionis, sermo-
nis, cogitationis, adjuncta.

Ob. 10^{mo} Hoc axioma Theologium: 147.
faiienti quod in se est, Deus non denegat
gratiam. Ergo.

Resp. neg. cons. axioma itud sic
intelligi debet: faiienti quod in se est, con-
sentiendo et cooperando gratia preveni-
enti accepta, Deus non denegat gratiam
habitualem, vel gratiam actualem ulte-
riorem majorem proximè sufficientem ad
salutem et ad servanda precepta. Nam fal-
sum est faiienti quod in se est ex solis na-
ture viribus Deum non denegare gratiam
actualem vel habitualem, ut constat ex
dictis in Conclusionem nostram.

Just. Predictum axioma verum
est etiam in hoc sensu, quod Deus homini
ex solis nature viribus, quantum potest,
bene operanti det certò gratiam actua-
lem, sed gratis et ex liberalitate, ita ut
bonus naturalium virium usus procedens,
habeat solam rationem dispositionis ne-
gativa, removendo obicem gratie. Ergo.

Resp. Neg. ant. Nam si hoc verum
esset, 1^o homo sine gratia bene seu utili-
ter ad salutem libero uteretur arbitrio;
et in ordine ad salutem haberet aliquod
de suo, quod non esset peccatum: quo suo
repugnant Concilio Trancicano II. 2^o In
negotio salutis liberum arbitrium pra-
iret, et gratia interna subsequeretur;
homo sine gratia internam posset aliquod
conducens aliquo modo ad salutem; dare-

— 0. 02.

170. *utrumque in nobis initium aliquod salutis.* 30.
Quaestio Semipelagianos inter et Catholicos
tota esset fere de nomine, an scilicet bona
opera naturalia, quibus certo obtineretur
Gratia, diu deberent aliquo modo merita,
neque.

148. S. Secundus.

Utrum et quando homo in-
digeat Gratia actuali?
Sed multa praesenti S. pho expediem-
da nobis sunt prout ex sequentibus conclu-
sionibus patebit.

Conclusio prima

Homo justus praeter habitualem
seu sanctificantem gratiam, indiget
actualis gratia adiutoria, ut bonum
supernaturale et ad salutem conduens
alicui valeat.

Prob. 1^o ex Scripturis. Joan. 15.
Sine me nihil potestis facere. Quae verba
ex Patribus et Conciliis significant, sine
gratia illuminationis et inspirationis gra-
tis ex meritis Christi data nullum opus
ad salutem conduens fieri posse. Et Philip.
2. Deus est, qui operatur in vobis et velle et
et perficere pro bona voluntate. quibus verbis
Apostolus alloquitur praesertim justos, et
significat, omnem deliberatam volitionem
effici à Deo per gratiam excitantem et adju-
vantem gratis donatam.

Prob. 2^o. Ex dictis S. praecedenti ne-
mo potest velle aut agere quidquam saluta-
re sine gratia actuali. Ergo non sufficit
gratia habitualis. Ita Concilia Diospo-

litamum, Carthaginense, Arausicanum II. 171
c. 7. et Tridentinum, Sess. 6. cap. 16. Cales-
tinus quoque Papa capitulis sextis inter mul-
ta, quae Epistola ipsius ad Gallos subiecta sunt,
et Catholicam de gratia fidem continent.

Adde S. Augustinum, lib. De nat.
et grat. c. 26. Ubi, Sicut, inquit, oculus corporis
etiam plenissima lanus, nisi candore huius ad-
ijutus non potest conere, sic homo etiam jus-
tificatus, nisi aeterna luce justitiae divinitus
adjuvetur, recte non potest vivere. Inteligit
autem lucem non solum illuminantem, sed
etiam auudentem.

Prob. 3^o. Ratione. Facultas, etiam
habitu instruita, operari non potest, nisi
prius, si qua sit, tollatur difficultas. Atqui in
homine justo semper remanet difficultas
ad bonum, tum ex tentationibus quae fe-
quentes pulsant et ingruunt; tum ex conu-
piscencia et natura infirmitate. Ergo.

Conclusio 2^a

Ad servanda omnia mandata divina
et ad superandas graves tentationes necessa-
ria est, etiam homini justo, gratia actualis.

Prob. 1^o ex Scripturis. Gal. 17. Inte-
ripiar à tentatione. Gal. 29. Avertisti
faciem tuam à me, et factus sum contuba-
tus. Hinc in oratione ipsa quotidiana sup-
pliciter petimus; Et ne nos induas in tentatio-
nem. Matth. 26. Christus suos Apostolos justos
sic alloquitur: vigilate, et orate, ut non
intretis in tentationem. Et Rom. 7. Vides
autem aliam legem in membris meis, repugnan-
tem legimentis meae, et captivantem me in
lege peccati, quae est in membris meis. Infa-

172. Uix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum. Per Gratiam huc manifestè intelligitur Gratia actualis.

P
rim. Gggg
pag. 23.

Prob. 2^o. En c. d. Ep. Celestini I. ad Gallos. ubi ait: Neminem etiam Baptismatis Gratia renovatum, idoneum esse ad superandas diaboli infidias, et ad evincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium Dei perseverantiam bona conversationis acceperit.

Prob. 3^o. ex Coniiliis à quibus impugnata est et damnata Pelagiana heresis, cuius hoc unum caput erat, tentativum victoriam soli libero arbitrio esse adscribendam. Coniilium Atrasicum II. can. 10. ita definit: Adjutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum pervenire, vel in bono proficere opere perdurare. Per adiutorium illud intelligit Gratiam actualem: nam renati et sancti jam habent Gratiam habituales. Si autem Gratia actualis semper sit justis imploranda, tunc semper quoque eis necessaria est ad precepta servanda et vincendas graves tentationes. Et can. 19. Natura humana etiamsi in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo se ipsam, Creatore suo non adjuvante, servaret. Unde cum sine Dei gratia salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare, quod perdidit?

Inter doctrinae capita, quorum à Pelagianis confessionem postularunt Diospolitani Coniilii Patres, istud n. ii. recen-
tur: Ut fateatur, quando contra tentationes, concupiscentiasque illucitas dimicamus,

non ex propria voluntate, sed ex Dei adiutorio^{173.}
provenire victoriam.

Adde proter alios SS. Patres S. Augus-
tinum, qui contra Pelagianos probat necessi-
tatem gratiae actualis etiam in justis ad vi-
tandum peccatum.

Prob. 4^{to} Ratione ex infirmitate
naturae per peccatum vitiata desumpta. Ita
enim ad malum inclinatur homo lapsus, ut
longè potius cupiditate tangatur, quam
honestate: unde si gravis urgeret tentatio,
ne adesset gratia, in peccatum laberetur per
concupiscentiam idertus.

Conclusio 3^{ta}

Homo justus cum ordinariis gratiae
auxiliis non potest toto vitae tempore om-
nia omnino peccata venialia vitare.

Prob. 1^o Ex Scripturis. Lib. 2. Paralip.
c. 6. Non est homo, qui non peccet. Prov.
24. Septies cadet justus; id est, multoties.
Eclesiastis, 7. Non est enim homo justus in
terrà, qui faciat bonum, et non peccet. Ep.
Jacobi, c. 3. In multis offendimus omnes. i.
Joan. 1. Si dixerimus, quoniam peccatum
non habemus; ipsi nos seducimus, et veri-
tas in nobis non est. Quam confessionem
ab ipsis justis fieri debere, non ex modestia
tantum et humilitate, sed etiam ex verita-
te, docet S. Aug. lib. De nat. et grat. c. 36.
et definit contra Pelagianos Milevitana
Synodus*, can. 6.

* an. 416.

Prob. 2^o ex constanti Traditione,
cujus pro ceteris testes sunt SS. Hieronymus,
et Augustinus. S. Hieronymus, lib. 2.
contra Pelagianos: Heam diu, inquit, finis
ille adveniat, necesse est nos subiacere pecca-
to, non naturae et conditionis vitio, sed fra-

174. gilitate et mutatione voluntatis humana, qua
per momenta variatur.

Dissum sapienter docet ac probat S. Aug.
lib. de dono persever. c. 2. Tria sunt, inquit, qua
maximè adversus Pelagianos defendit Ecclesia;
quorum unum est; in quantūcumque justitia,
sine qualibuscumque peccatis in hoc cor-
ruptibili corpore neminem vivere. Quod
quidem Iedita opera probat S. Doctor integro
libro de perfect. justitia, et lib. 2. de peccat.
merit. et remis. c. 1. 3. p.

Hinc Concilium Trid. Sess. 6. Can. 23.
sic pronuntiat: Siquis dixerit hominem se-
mel justificatum ... posse in tota vita pec-
cata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex
speciali Dei privilegio, quemadmodum de B.
Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.

Prob. 3^o. Ratione ducta ex natura
humana infirmitate, quā fit, ut homo lapsus,
non possit ex toto semper ac vigili animo ob-
repentes undequaque tentationes superare,
et insurgentes passim concupiscentia motus
constanter elidere: quamvis ergo nullum
sit singulare peccatum, cui vitando justus
pares non habeat vires; si tamen veniali-
um multitudo spectetur, et tentationum
frequentia, necesse est ipsum brevi defati-
gatum fatiscere, et, dum vni conatur ob-
sistere, ab alio superari.

151.

Conclusio 4^{ta}

Nemo sine interioris gratie auxilio
credere potest fide Christiana mysteria Tri-
dei nostrae, quantumvis credibiliter propo-
sita.

Prob. 1^o in Scripturis. Ephes. 2. Gra-
tia estis salvati per fidem, et hoc non ex
vobis, Dei enim donum est. Et Philip. 1.
Vobis donatum est pro Christo, non solum ut

in eum credatis, sed ut etiam pro isto pa-^{175.}
tiamini. Ergo ex Apostolo Fides Christiana
est donum Dei. Sed non est donum Dei, ni-
si quia non elicitur nisi dependenter à gra-
tia interiore et adiuvante gratis data.

Prob. 2^o. Ex Concilio Atraniensio II.
Can. 5. sic definita: Siquis sicut augmen-
tum, ita etiam initium fidei, ipsique
credulitatis affectum, non per Gratia Do-
num, id est, per inspirationem Spiritus
Sancti, sed naturaliter nobis inesse dicit,
Apostolicis dogmatibus adversarius appro-
batur.

Et ex Concilio Trid. Sess. 6.
Can. 3. Siquis dixerit, sine proveniente Spi-
ritus Sancti inspiratione atque eius adjuv-
rio hominem credere posse sicut oportet, p.
Anathema sit.

Prob. 3^o. Ex S. Augustino, lib. de
predest. Sanct. c. 2. Sicut nemo sufficit ad
iniciendum vel perficiendum quodcumque
opus bonum... Unde in omni opere bono
et iniiciendo et perficiendo Sufficientia
nostra ex Deo est: ita nemo sibi sufficit
vel ad iniiciendam vel ad perficiendam
Fidem, sed Sufficientia nostra ex Deo est.

Prob. 4^o. Ratione. Quia nullum opus
salutare sine Gratia interiore fieri po-
test, ut constat ex dictis Spho precedenti.
Atqui Fides Christiana est opus salutare,
imò ex Concilio Trid. Sess. 6. c. 8. Fides est
humano salutis initium, fundamentum
et radix omnis justificationis, sine qua
impossibile est placere Deo. Ergo.

Conclusio 9^a

152.

Deus sine Gratia interiore illustra-
tionis et inspirationis amari non potest amo-
re perfecto seu Super omnia.

Prob. 1^o. Ex Scripturis. Galat. 5. fru-
tus autem Spiritus est Charitas. Et 1. Joan.

176. c. 4. Charitas ex Deo est. Ubi simpliciter dicitur
ex Dei gratia esse dilectio perfecta Dei.

Prob. 2.º. En Conilio Arausicano II. Can.
ult. ubi dicit: Proorsus donum Dei est dilige-
re Deum.

Prob. 3.º. Ex S. Augustino, lib. De grat.
et libero arb. c. 18. dicente: Unde est in homi-
nibus charitas Dei et proximi, nisi ex ipso Deo?
Nam si non ex Deo, sed ex hominibus, vicerunt
Belagiani: Si autem ex Deo, viciuntur Belagiano.

Prob. 4.º. Ratione. Si perfectus Dei
amor posset esse sine gratia, homo solis
natura viribus posset servare omnia præ-
cepta et vivere sine peccato: quod est dogma
Belagianum. Prob. seq. Nam amor Dei super
omnia dilecti exciudit omnem affectum ad
peccatum mortale, et includit odium effi-
cax omnium, quæ legi et amicitia divina
adversantur: qui enim Deum super omnia
amat, eum efficaciter rebus omnibus ante-
ponit, et paratus est, omnia alia bona amit-
tere, et quolibet mala pati potius, quam
idem graviter offendere.

* Conclusio 6.ª

— Homo etiam infidelis potest solis
natura viribus facere aliquod opus bonum
morale naturale, seu actum naturalem
ex omni parte etiam ex fine honestum.
Est contra Lutherum, Calvinum, Baium,
Jansenium, et eorum Sectatores, qui docent
omnia opera infidelium esse peccata, licet
aliqua sint ex objecto bona.

Prob. 5.º. Ex Scripturis. Exodi 1.º. di-
citur Deus obstetrices Aegyptiacas, Infir-
males remunerasse*, eoquod non parissent
injusto edicto Pharaonis de occidendis omni-
bus infantibus masculis Israëlitarum. Certè
ad hoc opus sufficiebant sola vires natura,

153.
* vid. inf. Enchirid. Theol.
Enchirid. 10. n. 170. et seq.

3. 055.

* Benefecit Deus
obstetricibus, et...
adificavit eis do-
mos, id est, prolem
copiosam eis dedit. ad hoc opus sufficiebant sola vires natura,

at tamen erat opus bonum, siquidem Deus ^{177.}
idem remuneratus est.

Math. 5. Christus ait: Si salutaveritis
fratres vestros tantum, quid amplius facitis?
Nonne et Ethnici hoc faciunt? Estote ergo
vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis per-
fectus est. Ubi Christus indicat exhibitio-
nem signorum benevolentiae, quae suis fra-
tribus adhibent Fideles, esse etiam in Infi-
delibus opus bonum moraliter: nam id non
reprehendit, sed solum aliquid adhuc per-
fectius praecipit.

Rom. 2. Cum enim gentes, quae le-
gem /: Scriptam / non habent, naturaliter
ea quae legis sunt faciunt, ejusmodi Legem
non habentes, ipsi sibi sunt Lex. Ergo ex
Apostolo Infideles aliqua Legis naturalis
praecepta solis natura viribus observant
cum omnibus circumstantiis ad honesta-
tem morum requisitis; nam haec Lex natu-
ralis praecipit.

Prob. 2.^o Ex Patribus. Pro om-
nibus sit S. Augustinus, qui lib. de Spiri-
tu et Litt. c. 25. sic ait: quaedam tamen
facta /: Infidelium: / vel legitimus, vel novi-
mus, vel audimus, quae secundum justitiae
regulam non solum vituperare non posse-
mus, verum etiam merito recteque lau-
damus: quamquam^{si} discutiatur, quo fi-
ne fiant, vix inveniuntur, quae justitiae
debitam laudem defensionemve mere-
antur. Ubi per particulam vix signifi-
cat pauca illa quidem, sed tamen aliqua
opera ex omni parte etiam ex fine bona
et laudabilia fieri ab Infidelibus. Cu-
jus veritatis hanc rationem immediate
Subjicit: Quia non usque adeo in ani-

178. imā humanā imago Dei terrenorum affe-
ctuum labe detrita est: ut nulla in ea ve-
lut lineamenta extrema remanserint
undē merito dici possit /: Gentiles: / eti-
am in ipsā impietate vitæ hæc facere
aliqua legis vel sapere. Et cap. sequen-
ti addit: Sicut enim non impediunt à
vitæ eternæ justum quoddam peccata ve-
nialia, sine quibus hæc vitæ non ducitur:
Sic ad salutem eternam nihil prosunt
impis aliqua bona opera, sine quibus
difficillimè vitæ cujuslibet pessimi ho-
minis invenitur. Certè per aliqua bo-
na opera, quæ dicit nihil prodesse impiis
ad salutem, intelligit opera verè et mo-
raliter bona, et nullatenus mala: nam de
operibus, quæ essent mala verè dici non
potest, quòd sine illis difficillimè vitæ
impiorum invenitur; et negatorie de ope-
ribus malis diceretur, quòd ad salutem non
prosint.

Prob. 3^o. Quia Damnatæ sunt
à Pio V. et Gregorio XIII. hæc Baii propo-
sitiones, 25. Omnia opera Infidelium
sunt peccata, et Philosophorum virtutes
sunt vitia. 27. Liberum arbitrium
sine gratia Dei adiutorio non nisi ad
peccandum valet. 37. Cum Belagio sen-
tit, qui boni aliquid naturalis, hoc est,
quòd ex solis naturæ viribus ortum ducit,
agnoscit. Item hæc Quesnelli propo-
sitiones à Clemente XI. in Bullâ Uni-
genitus Damnatæ: 38. Peccator non
est liber nisi ad malum sine gratiâ li-
beratoris. 39. Voluntas, quam gratia
non prevenit, nihil habet luminis, nisi
ad aberrandum; ardoris, nisi ad se præci-

179. — 58. 4.

pitandum; virium, nisi ad se vulneran-
dum; est capax omnis mali, et inopax ad
omne bonum. 40. Sine gratia nihil
amare possumus, nisi ad nostram condem-
nationem.

Prob. 4^o ratione. Quia vires
 nature in ordine ad sectandam honesta-
 tem, licet sint multum debilitatae per pec-
 catum originale, non sunt tamen pe-
 nitus extinctae: nam Concilium Triden-
 tinum Sess. 6. cap. i. docet per peccatum
 Adami liberum arbitrium hominis mi-
 nimè extinctum esse, viribus licet at-
temnatum et inclinatum. Ergò qua-
 dam opera bona moraliter ob finem
 honestum facta non superant vires na-
 turae: qualia sunt dare elemosynam
 pauperi, aliqua obsequia praestare pa-
 rentibus, &c. Quia hoc est consentane-
 um naturae rationali et rectae rationi.

Solvuntur Objectiones. 154.

Ob. 1^o. contra 1^{am} et 2^{am} Dam Conclusionem.
 Concilium Milevitatum Can. 3. definit, Gra-
 tiam justificantem non tantum valere ad
 remissionem peccatorum, quae jam commissa
 sunt, verum etiam in adiutorium ne com-
 mittantur. Ergò gratia habitualis sufficit p.

Resp. neg. cons. Quia gratia sanc-
 tificans ex sapientia, bonitate, et pro-
 missione divinae habet sibi annexa Gra-
 tiae actualis auxilia ad ipsam gratiam sanc-
 tificantem conservandam, et ad servanda
 mandata necessaria. Nam ad sapientiam
 et bonitatem Dei pertinet, ut gratia sanc-
 tificanti annexa sint gratiae auxilia, si-
 ne quibus impossibile esset Legis obser-

180. ratio, ad quam ipsa ex natura sua tendit. Hinc S. Augustinus in Epist. 7. De peccatore et justo loquens ait: Ibi miserios auxiliium est, quia nullum habet meritum peccator... Hic autem justum auxiliium est, quia jam justo tribuitur. Coniunctum autem ibi damnat Pelagium docentem, hominem non indigere Gratia actuali interna ad servanda mandata, et gratiam baptismalem remittere tantum peccata, nec dare jus ad auxilia gratia.

155. Ob. 2^o. Gratia habitualis cum suis habitibus infusis id totum potest, quod Gratia actualis. Ergo.

Resp. neg. ant. Nam habitus infusi non excitant ad agendum, et non coerent concupiscentia motus nec voluntatem contra eos roborant: alioqui quamdiu haberemus gratiam sanctificantem, semper haberemus pias cogitationes, excitationes et volitiones. Imo habitus per se precise non agunt nisi ex applicatione et determinatione voluntatis, quae ut illos ad agendum determinet, eget auxilio Supernaturali ab eis distincto.

Just. 1^o. Gratia Sanctificans cum suis habitibus est principium Supernaturale.

Resp. Est principium incompletum, non autem completum et Sufficiens.

Just. 2^o. Gratia Sanctificans cum suis habitibus reddit hominemabilem ad actus meritorios.

Resp. reddit habilem incomplete, non vero complete nisi per gratias actuales ipsi annexas: Nam ad actus salutares requiritur principium excitans et corroborans.

156. Ob. 3^o. contra Conclusionem 3^{iam} Luc. 1. De Zacharia et Elisabeth dicitur: Erant autem iusti ambo ante Deum in omnibus mandatis et justificationibus Domini

lino querela. Et Job laudatur, quod se ab-^{181.}
tinerit ab omni opere malo. Ergo.

Resp. neg. cons. ad textum Lucæ, sensus
est, quod omnia mandata servavit sic, ut
ea nunquam graviter seu in re gravi viola-
rent: quod non impedit, quominus aliqua
leviter cederent. Ad id quod de Jobo addi-
tur, idem est sensus, nempe Jobum omne
peccatum grave vitasse duntaxat.

Ob. 4.^{to} 1. Joan. 3. dicitur: Omnis qui^{157.}
ex Deo natus est peccatum non facit, quia se-
minejus in ipso manet. Et ibid. c. 5. Omnis
qui natus est ex Deo non peccat. Atqui homo
justus ex Deo natus est per gratiam. Ergo
etiam cum ordinariis gratia auxiliis potest evi-
tare omnia etiam venialia peccata.

Resp. Dist. maj. Omnis qui ex Deo na-
tus est, non peccat mortaliter; quamdiu ni-
mirum in charitate manet, à quâ per pec-
catum lethale exideret, cons. Non peccat
saltem venialiter, neg. maj. Non enim est jus-
tus in terra, qui faciat bonum, et non pec-
cat.

Ob. 5.^{to} Quilibet justo, urgente præ-^{158.}
cepto, semper adest gratia, cujus beneficio
mandatum urgens adimplere potest. Atqui
si isti gratia consentiat justus ille, quem-
admodum potest, ac tenetur, novum ac ube-
rius impetrabit auxilium, quo vegetior fac-
tus subsequens præceptum, et sic deinceps
hec et illa promptius ac expeditius adimple-
bit. Ergo quilibet justus potest singula
præcepta observare, ac proinde similiter
abstinere à quovis peccato etiam veniali.

Resp. Dist. min. Potest justus con-
sentire cuilibet gratia, distributive, cons.
collective, neg. min. Equidem justus gratia,
pout potest, consentiendo novas à Deo vires

182. impetrat, novum robur, novam fortitudinem:
sed cum non semper faciat quod potest, ac be-
vi pro sua infirmitate deficiat à constanti
ac interrupta vigilantia, hinc est, quòd iustò
obrepant ipsi leviores quaedam gratius resisten-
tia, ac venialia peccata.

159. Ob. 6. tò Deus impossibilia non ju-
bet. atqui Deus praecepit, ut omnia peccata
venialia vitentur. Ergò p.

Resp. Dist. min. Praecipit, ut omnia
vitentur distributive, cone. collective, neg.
min. Non praecepit Deus ut omnia collecti-
vè venialia peccata vitentur, sed distribu-
tive duntaxat et in particulari: nulum
porò tale est, quòd justus declinare non pos-
sit, si eo, quo potest ac tenetur modo, velit;
ipsius ergò culpa est, quando labitur. Solu-
tio colligitur ex S. Augustino, lib. 2. De pec-
cat. meritis et remiss. c. 3.

160. Ob. 7. mò Si justus non potest se im-
munem levare ab omni veniali peccato, tunc
aliquò constringitur peccandi necessitate.
Absurdum conseq. Ergò et antecedens.

Resp. Dist. seq. maj. constringitur
vagò quòdam, generali ac indeterminatò
peccandi necessitate, quo non est nisi de pec-
catis venialibus collectivè sumptis, non au-
tem distributive, cone. Speciali ac deter-
minatò, quo in hoc vel illud cadat peccatum
veniale, neg. seq. maj. Tribus praesertim
modis spectari possunt peccata venialia, 1.
collectivè simul, id est, omnia omnino. 2.
collectivè distributive, id est, haec et illa,
et sic deinceps ad se invicem et ad totum com-
parata. 3.
distributive tantum, id est,
singula successivè duntaxat et in particula-
ri. Dicimus autem, quòd hoc tertio sensu

Singula peccata venialia justus vitare possit^{183.}
et teneatur, Deo ita praecipiente: aut si dupli-
ci altero sensu spectentur, nec potest ab eis
omnibus pro inconstantia et infirmitate vo-
luntatis abstinere; nec pro sua aequitate
id ipsum Deus praecipit.

Inst. Homo qui cadente pluvia ju-
betur locum aliquem medio aere patentem
pertransire, eâ lege, ut singulas devitet plu-
via guttas, potest singulas distributive de-
vitare; nec tamen veus esset, ac immerito
plecteretur, quod aliquas non declinasset,
quia scilicet vera est in ipso ad omnes et sin-
gulas devitandas impotentia. Ergo idem di-
cendum foret de justo, qui per totum vita
curriculum aliquoties venialiter peccat.

Resp. neg. cons. et parit. Homo ille
pluvia cadente loco aere medio patente
incedens nullo instanti potest omnes pluvia
guttas devitare, propter scilicet earum mul-
titudinem et instantiam; imò quolibet ins-
tanti quardam ita declinat, ut alius necessa-
rio conspergatur ac madefiat. Non ita est
de justo, qui ab omni veniali peccato quan-
doque abstinet, nullumque assignari po-
test instans determinatum, quo necessario
peccet.

Ob. 8. v. Justus potest nunquam quod-^{181.}
que peccatum distributive sumptum vitare.
Ergo et collectivè omnia.

Resp. neg. cons. Nec enim valet con-
sensus à distributivo ad collectivum, ubi re-
pugnantia fundatur in ipsa collectione: sic
male inferretur, potest quis lapidem hunc vel
illum gestare; ergo et aeorum simul. Corio
qua in justo reperitur impotentia vitandi
omnia peccata venialia, in ipsamet horum
peccatorum collectione fundatur: scilicet

184. multoties pleraque simul occurrunt cavenda, aut
 continuè et immediatè sibi succedunt: et exinde
 propter hanc multitudinem et instantiam,
 eamque continuam ac diuturnam, atque
 propter attentionem et vigilantiam requi-
 sitam, justus veram diutius habere impoten-
 tiam ad omnia omninò peccata declinanda:
 eo ferme modo, quo homo viribus prepotens cen-
 tum homines singulatim impugnare et proster-
 nere potest: aut si centum illi homines simul
 inveniunt, aut sibi immediatè succederent; jam
 eos debellare non valeret, sed tandem defice-
 ret, ac necessariò succumberet.

162. Ob. 9.^{mo} Contra Conclusionem 4^{am} tam
 Protestantè Lutherani et Calvinistæ sine
 gratiâ credunt mysteria Trinitatis et Inar-
 nationis: nam eodem modo hæc credunt, quo
 hos errores. Ergo.

Resp. Neg. cons. Quia Protestantes
 isti hæc mysteria non credunt fide divinâ,
 sed humanâ. Nam vel non credunt myste-
 rium Trinitatis propter revelationem di-
 vinam, sed propter hominum, puta suorum
 ministrorum autoritatem: vel si credunt
 propter revelationem divinam, non cre-
 dunt propter revelationem divinam ex piò
 affectu se se in omnibus plenè submittendi
 Deo revelanti credibiliter, ut patet ex eorum
 pertinaciâ in rejiciendis aliis dogmatibus
 fidei nostræ pariter à Deo revelatis.

163. Ob. 10.^{mo} Homo potest a sensu na-
 turali credere mysteria fidei propter reve-
 lationem divinam sibi propositam. Ergo.

Resp. Trans. ant. neg. cons. Nam
 etiamsi homo posset utrumque credere aut
 naturali mysteria fidei propter revelatio-
 nem divinam sibi propositam; tamen non
 potest ea credere fide Christianâ. Quia crede-

re Fide Christiana est ex pio affectu se in omnibus plane submittendi Deo credibiliter revelanti credere prudenter et firmissime res revelatas à Deo quantumvis humanum captum superantes, prae se propter auctoritatem Dei revelantis, idcirco propter revelationem divinam, qua sit evidenter credibilis credenti. Quod sane fieri non potest sine gratia: nam neque intellectus potest sine gratia illustrationis attingere credibilitatem revelationis, neque voluntas sine gratia illustrationis et inspirationis efficaciter moveri honestate et necessitate se submittendi plane Deo, et ex hac pia volitione velle captivare intellectum in obsequium Fidei, et firmissime credere res revelatas.

Inst. Motiva credibilitatis possunt naturaliter cognosci ab intellectu. Ergo.

Resp. Dist. ant. Possunt cognosci naturaliter utrumque, et quae cognitio non sufficit ad eliciendum actum Fidei Christianae, conc. Possunt cognosci sufficienter p. neg. ant.

Motiva credibilitatis non possunt cognosci sufficienter ad fidem Christianam sine gratia interiore: nam ad fidem Christianam necesse est, ut motiva credibilitatis evidenter judicentur credibilia esse ut signa divina, et cum revelationis existentia infallibiliter connexa. ad quod requiritur gratia illustrans et elevans intellectum.

Ob. 11^{mo} contra Conclusionem § tam 164.

Amor Dei Super omnia lege naturali praecipitur. Ergo naturaliter haberi potest.

Resp. Dist. cons. Si non obstant infirmitas et corruptio natura, conc. Si obstant, neg. cons. Porro lex naturalis nihil absolute praecipit quod sit impossibile natura pura seu non corrupta, licet sit im-

186. possibile natura per peccatum originale depa-
vata sibi que relictia.

165. Ob. 12^{mo} Potest homo naturaliter
cognoscere Deum ut summè amabilem. Ergo
et diligere.

Resp. neg. cons. Homo enim longè
gravius vulneratus est in voluntate, quàm
in intellectu: Video meliora proboque, dete-
riora sequor.

7 99 — 166. Ob. 13^{to} Naturalia manserunt in-
tegra post peccatum. Atqui homo sanus et
integer poterat ex se Deum super omnia di-
ligere. Ergo.

Resp. Dist. maj. Manserunt integra
quoad facultatem naturalem, conc. Quoad
integritatem et perfectionem virium, ita
ut eadem omnino permanerent, neg. maj.
Tametsi enim liberum arbitrium extinctum
non sit, viribus tamen attenuatum est et
inclinatum, inquit Concilium Trid. Sess. 6. De
justificatione, cap. 1.

167. Ob. 14^{to} Homo naturalem habet
inclinationem ad diligendum Deum, sal-
tem ut summum bonum. Ergo.

Resp. neg. cons. Quaecumque sit
illa inclinatio naturalis, saltem per natu-
rae corruptionem et infirmitatem impedi-
tur, ne possit absque gratiâ in actum pro-
dire.

168. Ob. 15^{to} Amor concupiscentiæ ori-
tur ex amore sui. Ergo saltem illo amore
potest homo naturaliter Deum prosequi.

Resp. Dist. ant. Ex amore sui rec-
tè ac perfectè ordinatè, conc. Scius, neg. At
hæc perfecta ordinatio non nisi ex gratiâ
est.

169. Ob. 16^{to} Aliqui ita filios vel pa-
triam naturaliter dilexerunt, ut pro illis mor-

187.
tam subire non detraherent. Ergo etiam
homo poterit naturaliter Deum super omnia di-
ligere.

Resp. Neg. cons. Qui se pro patria
vel pro alio homine morti devoverunt, id ege-
runt ex vana gloria cupiditate, vel ex inordi-
nato amore sensibili, vel ex aliqua alia prava
cupiditate, quae modum nesit. Cum autem
homo facilissime et vehementissime ad sensi-
bilia, et cupiditatum objecta, parum vero ad
insensibilia et honesta afficiatur, longe fa-
cilis ei est creaturam amare quam Deum;
imò hunc super omnia amare propter natu-
rae corruptionem impossibile est sine gratia.

Ob. 17^{mo} contra Conclusionem 6^{tam} 170.

Psalm. 13. Omnes declinaverunt, simul in-
utiles facti sunt; non est qui faciat bo-
num, non est usque ad unum. Ergo Infide-
lium opera omnia sunt mala p.

Resp. neg. cons. Infideles sunt qui-
dem in statu peccati, et inutiles ad enecen-
da opera meritoria vite aeternae, at ni-
hilominus possunt facere, et interdum
faciunt ex solis natura vivibus aliqua
opera honesta.

Ob. 18^{vo} Matth. 7. Dicitur: non po-
test... arbor mala bonos fructus facere.

Id est malus homo non potest facere bona
opera. Atque Infideles sunt mali homi-
nes. Ergo p.

Resp. conc. tentum et dicit. idem
expositionem, homo malus, quoties agit
ut malus seu ex cupiditate, non potest
facere opera bona sed non nisi mala, conc.
quoties agit, ut malus nec ex prava cupidi-
tate, sed ex fine honesto. neg. p.

188.
172.

Ob. igno. Rom. 14. omne quod non
est ex fide, peccatum est. Atqui opera
Infidelium non sunt ex fide. Ergo.

Resp. Dist. et exponimus textum
Apostoli: quod non est ex fide practica,
id est, ex consentia, peccatum est, con.
Quod non est ex fide Theologica, neg. Per
fidem hoc loco Apostolus non intelligit fidem
Theologicam, id est, eam, qua credimus in
Christum, sed practicam, seu eam, qua quis
judicat aliquid esse licitum, ut explicat Con-
cilium Lateranense IV. c. 41. et patet ex con-
textu. Unde sensus est: quod non est ex
prudenti persuasione, quod sit licitum
peccatum est. Aliqui tamen Patres nomi-
ne fidei intellexerunt fidem Christianam
seu Theologicam; sed nomine peccati in-
telligunt id omne quod vel offendit De-
um, vel ad salutem inutile est, quia no-
mine peccati intelligunt id omne quod
defectuosum est: inutilitas autem ad sa-
lutem est magnus defectus.

173.

Ob. 20^{mo} Heb. 11. Sine fide, ait
Apostolus, impossibile est placere Deo.
Ergo infidelis nullum opus bonum exerce-
re potest, quod Deo placeat.

00. 90
Resp. Dist. ant. Sine fide impos-
sibile est placere Deo, hoc est, homo infi-
delis non potest placere Deo, con. Hoc est
opus bonum ab infideli factum, non potest
Deo placere, subdist. non potest placere
Deo perfecte et in ordine ad meritum vi-
tae aeternae, con. Imperfecte et in ordi-
ne ad honestatem pure moralem, neg.
Siquidem supra vidimus a Deo mercedem
aliquam temporalem infidelibus prepara-

tam et datam fuisse propter opera mora-
liter bona.

189.

Ob. 21^{mo} ad Titum i. Infidelibus, 174.
inquit Apostolus, nihil est mundum. Ergo.

Resp. Dicit. ant. Infidelibus nihil
est mundum, quando et quoties infideliter
vivunt, con. Quando ex honesto motivo
operantur, et juxta prescriptum legis na-
turalis, neg. ant.

* Ob. 22^o. S. Aug. lib. de gratia Chris-
ti c. 28. et lib. de gratia et libero arb. c. 18.
docet, quod quidquid ex charitate non fit,
non sit bonum opus.

Resp. In his et similibus locus lo-
quitur de bono opere quod sit meritori-
um vite aeternae, ad quod requirit charita-
tem.

Ob. 23^{to} Idem S. Doctor, lib. de Spi-
ritu et Litt. c. 3. dicit: Naque liberum arbi-
trium quidquam nisi ad peccandum valet,
si lateat veritatis via.

Resp. Ibi loquitur de libero arbi-
trio quoad opera, quae ad salutem aeternam
conducunt, vel ab ea abducunt: ex quibus
sine gratia homo non potest nisi ea, quae
ad salutem aeternam abducunt. Similiter
cum lib. 3. contra duas Epist. Pelagian. c. 8. di-
cit, liberum arbitrium sine gratia ipsum
liberante non valere nisi ad peccandum; lo-
quitur de potentia liberi arbitrii relate ad
salutem vel merendam vel demerendam; un-
de solum vult liberum arbitrium in ordine
ad salutem sine gratia ipsum liberante
non posse nisi salutem demereri.

Ob. 24^{to} lib. i. de nuptiis et conu-
scentia, et lib. 4. contra Julianum et
alibi docet, omnia infidelium opera esse

175. ut immensa pro-
prium suida-
tur objectionum syl-
va, quae in S. Augus-
tini, praesertim con-
tra Julianum, scrip-
tis peti solent; praes-
tat huius contractam
exhibere illius doc-
trina delineatio-
nem. Docet ita-
que i^o Infideles,
cum operantur ut
infideles, id est, non
ex regula rectae ra-
tionis, sed ex regula
erroris sui, semper pec-
care. 2^o. Ipsos ut
plurimum male ope-
rari, quia inter agen-
dum via huius bonum
finem proponunt,
sed potius uno vitio
aliud depellunt: qui
enim apud Paganos
sapientiores visi-
sunt, superbia tume-
bant, ope cuius fra-
nabant vitia. 3^o.
Omnia infidelium ope-
ra esse peccata, non
quod omnia omnino
vitiosa sint, sed quia
vix ac raro admodum
inveniuntur, quae ex
sine recto et laudabi-
li fiant. 4^o. In-

190.
fideles virtutibus suis
non reddi simpliciter bo-
nos et Deo gratos, con-
tra quam sentiebat Ju-
lianus, qui contenda-
bat, his virtutibus in-
fideles justificari, un-
de adversus ipsum ur-
get S. Augustinus illud
Apostoli, Sine fide im-
possibile est placere
Deo. Tandem expl. opus bonum, per quod solum homo potest ad
dit absurdam Juliani
doctrinam, qua fini-
gebat, virtutes esse
veras ac simpliciter
bonas, quia ex officio
bonae quidem forent, sed
licet fierent ob ma-
lum finem et ex per-
versa intentione,
qua tamen propter
ad regnum coelorum
steriles essent; eas
autem, quae ex bono
fine fierent, esse in
ordine ad vitam aeter-
nam fructuosas.

Primus H. H. H.
pag. 91

178.

peccata seu vitia. Ergo bona esse non possunt.
Resp. S. Doctor cum dicit omnia infi-
delium opera esse peccata, per peccatum
intelligit non solum id, quod est culpabi-
lis violatio legis divinae et poenam dignum, sed
etiam id omne, quod inutile est ad salu-
tem aeternam consequendam, ut explicat cita-
to lib. 4. cont. Jul. c. 3. ubi dicit se dicere illud
opus bonum, per quod solum homo potest ad
aeternum Dei regnum pervenire: ac proinde
per peccatum quandoque intelligit opus inu-
tile ad salutem aeternam, ut pote defectus
suum, nam hoc inutilitas est defectus et qui-
dem magnus; hoc sensum ait ibidem ex Apos-
tolo, quod non est ex fide, peccatum est. nem-
pe inutile ad salutem. Ideo etiam ait
non esse in infidelibus veras virtutes, sed po-
tius vera vitia, quia in his operibus finem
perversum plerumque sibi proponunt. Verbo,
vult S. Doctor, opera infidelium fere omnia
duntaxat esse peccata, non omnia omnino,
ultra enim fatetur eos etiam quaedam licet
paucissima moraliter bona opera peragere
non tamen ad salutem conducentia; in mo-
ralibus autem parum pro nihilo reputatur.

Ob. 25^{to} Eadem est mens S. Augus-
tini et illius Discipulorum. Atque illius disci-
puli asserunt, opera sine fide facta esse
peccata. S. Prosper Caruine de ingratis
c. 16. sic loquitur:

Omne etenim pietatis opus, nisi semine vere
Exoritur fidei, peccatum est. p.
Similia habet S. Fulgentius lib. De
Insonat. et grat. c. 25.

Resp. neg. min. S. Prosperi textus ex-
ponendus est de infidelibus qui in malum va-
nitatis finem opera dirigunt; hincque sen-
sum clarè referunt verba, quae immediate sequun-

tur:

Exoritur fidei peccatum est; inique reatum
Vertitur, et sterilis accumulat sibi gloria poenam.

Eadem ratione exponenda sunt ple-
raque alia ejusdem S. Prosperi et S. Fulgentii
testimonia.

Ob. 26^{to} S. Hieronymus, in c. 3. ad Galat. 179.
ait: Sine Christo omnis virtus in vitio est. Ergo.

Resp. neg. cons. Solum intendit S. Do-
tor, quod sine gratia Christi omnis virtus sit
defectuosa in ordine sibi et ad finem ultimum
spequendum, quatenus est inutilis ad beatitu-
dinem aeternam consequendam: qua inutilitas
ut pote magnus defectus, merito vitium dicitur.

Ob. 27^{mo} Concilium Arausicum II. 180.
c. 22. ait: Nemo habet de suo nisi mendacium
et peccatum.

Resp. Subintelligitur in ordine ad sa-
lutem aeternam, de qua tunc agebatur, ita ut
sensus sit, quod homo in his, quae salutem spe-
tant, non possit de suo nisi demereri; quia
solis naturae viribus nihil potest velle aut age-
re, quod conducat ad salutem aeternam, et ta-
men potest peccare.

Ob. 28^{vo} In homine post Adam peccati
nuda semina virtutum remanserunt.
Ergo eis carent infideles p.

Resp. Dist. ant. Nuda remanserunt
in sensu Semipelagianorum, qui per semi-
na virtutum intelligebant bonas cogitatio-
nes et pia desideria ex solis naturae viribus
elicta, quae conducirerent ad salutem, et qui-
bus homo ad recipiendam Dei gratiam dispo-
neretur, cons. ant. Non remanserunt in
alio sensu, nempe si per illa semina virtu-
tum intelligatur aliquod lumen naturale os-
tendens in multis, quid sit honestum vel in-
honestum, et naturalis propensio ad agen-

192. Dum bonum honestum et vitandum inhonestum,
quavis extenuata et valde infirma, atque
longè minor propensione naturali in Delecta-
bilia legi et rationi repugnantia, reg. ant.

182. Ob. 29^{mo} Demones licet careant con-
cupiscentiâ, nullum tamen possunt bonum
opus facere. Ergo multò minus infideles.

Neg. cons. et parit. Disparitas est, quia
Demones sunt obfirmati in actuali odio Dei,
et hominum ut Dei imaginum: unde ex tali
odio agunt quicquid agunt, et sic necessario
necessitate consequente peccant in omnibus
suis actibus. At homines etiam infideles et
sceleratissimi non semper actu oderunt Deum
et proximum: unde non semper agunt ex pa-
ro affectu, et sic possunt identidem aliquod
opus bonum facile agere.

183. Ob. 30^{mo} Opus moraliter bonum refer-
ri debet in finem ultimum saltem natura-
lem. Atqui opera infidelium non referuntur
in finem ultimum. Ergo.

Resp. Dist. maj. Debet referri p vel
ex naturâ ipsius operis, vel ex intentione ope-
rantis, conc. maj. Semper ex intentione ope-
rantis, neg. maj. Ut actus aliquis sit bonus
moraliter, sufficit, quod ex se referatur ad
Deum ut regulam et fontem omnis honesta-
tis: sic autem refertur hoc ipso, quod sit ho-
nestus, et fiat propter finem honestum.

2. 92. — 184. Ob. 31^{mo} Omnia opera infidelium
sunt inutilia. Sed nullum opus bonum est
inutile. Ergo.

Resp. Dist. maj. Omnia opera infide-
lium sunt inutilia ad salutem eternam,
conc. Sunt inutilia ex omni parte, neg. maj.
Nam aliqua opera infidelium nempe bona
sunt ipsis utilia ad servandam legem natu-

rationalem, ad agendum conformiter naturae suae ^{193.}
rationali, ad vitandum peccatum poenamque
ei debitam; imò valent ad auipienda bona
temporalia à Deo: Unde S. Augustinus Im-
perii Romani amplitudinem adscribit acti-
bus justitiae, fortitudinis, et temperantiae
Romanorum civium tanquam eorum mer-
cedem.

Ob. 32. 1^o Omnia opera nostra debent ^{185.}
in gloriam Dei fieri, et in nomine Jesu Chris-
ti ad Deum Patrem referri, juxta Apostolum
1. Cor. 10. et 16. Item Coloss. 3. Atqui infi-
deles, praesertim ii, qui verum Deum igno-
rant, nequeunt opera haec in Dei gloriam
refere. Ergo p.

Resp. 1^o Haec esse perfectionis consi-
lia, non verò praecepta. 2^o Dato, quòd
sint praecepta, haec Christianos spectant, non
infideles, qui Christum ignorant. 3^o Dist.
maj. Omnia opera nostra debent fieri in glo-
riam Dei, id est non debent esse contra glo-
riam Dei, cone. Id est, debent fieri ex moti-
vò gloriæ Dei, subdist. Implicitè, cone. Ex-
plicitè, aut ex motivò charitatis proprie dic-
te, neg. maj. Lege, quæ respondimus ad
ob. 30. ram.

Actio Secunda

De gratiâ sufficiente *

Nomine gratiæ sufficientis ex fide
Ecclesie Catholicae intelligimus, auxilium
supernaturale præbens voluntati veram
et expeditam potentiam saltem mediatam
agendi bonum supernaturale.

Dari hujusmodi sufficientem gra-
tiam negarunt Lutherus, De sermò arbitrio.
Et Calvinus lib. 2. Institut. c. 3. ubi Theolo-
gos Parisienses sibi adversantes vocat Sor-
bonicos Sophistas, Pelagianos, et phre-
ne-

180.

* vid. inf. Exercit. Theol.
Exercit. II. n. 190. et seq.

g

194. trios. *Is se adiungit Jansenius, ut constat ex dictis supra c. 2. §. 8. num. 18. quem sequuntur disceptuli; quamvis enim gratia sufficientis nomen cum Catholicis retineant, rem tamen hoc nomine significatam rejiciunt, scilicet gratiam, quae veras completas et expeditas tribuit vires ad preceptum huius et nunc implendum, quantumvis difficile, et ad resistendum tentationi in iis etiam circumstantiis, in quibus ad malum vehementer impellit. Janseniani quippe nomine gratia sufficientis intelligunt, vel solam gratiam habituales, vel parvam gratiam actualem, quae totum habet effectum, ad quem datur, nempe voluntatem. Sed quam erronee hoc ab ipsis dicantur ex sequentibus patebit.*

* §. Grimus.

Utrum in statu naturae lapsae
datur gratia sufficientis.

Conclusio. In statu naturae lapsae
et per Christum reparata, datur gratia vere
sufficientis.

Prob. 1^o ex Scripturis. Prov. 1. Vocavi
inquit Deus, et venistis: extendi ma-
num meam, et non fuit, qui aspiceret: Des-
peristis omne consilium meum, et in repara-
tiones meas neglexistis. Ego quoque in inte-
ritu vestro videbo, et subsannabo, cum vobis
id, quod timebatis, advenit. Quae gra-
vissima objurgatio est iniqua, si iis qui
objurgantur, non habuissent gratiam in-
terioriorem vere sufficientem, sine qua Deo
vocanti obsequi non poterant, et quae effec-
tu ad quem data est caruit ex culpa volun-
tatis.

Isai. 5. Sic Deus Israelitis loquitur:

187.
* vid. inf. Exercit. Theol.
Exercit. II. §. I. n. 191. p.

2. 93 —

Quid est quod debui ultra facere vinea mea, et ^{195.}
non feci ei? An quod expectavi, ut faceret uvas
et fecit labruscas? Tria hu sunt annotanda.

1^o Deum Judaeis concessisse gratias sufficientes;
Quid debui ultra facere vinea mea et
non feci? 2^o Judaeos cum his gratiis po-
tuisse hic et nunc bonum opus operari, illud-
que Deus expectabat; Expectavi ut faceret uvas.
3^o Judaeos cassas et iritas reddidisse has gra-
tias; Et fecit labruscas.

Matth. 23. Christus sic loquitur: Jerusa-
lem..... quoties volui congregare filios tuos, quem-
admodum gallina congregat pullos suos sub alas,
et noluisti? Ergo Judaei habuerunt gratiam
internam vere sufficientem ad se converten-
dum, quam tamen rejecerunt; alioqui haec
Christi exclamatio esset vana ac illusoria, et
haec verba: / quoties volui et noluisti: / essent
falsa.

Denique Apocalyp. c. 3. Dominus
ait: Ecce sto ad ostium et pulso. Si quis audie-
rit vocem meam, et aperuerit mihi januam,
introibo ad illum, et coenabo cum illo, et ipse
meum. frustra Dominus ad cor illorum
pulsaret, atque postularet, ut illud ipsi
aperirent, qui non possent eidem illud ape-
rire, atque adeo gratia sufficienti, seu po-
tentia illud aperiendi carerent.

4^o Prob. 2. d^o Ex Conciliis. Aransica-
num II. Can. 250. Hoc, inquit, secundum
fidem catholicam credimus, quod accep-
ta per baptismum gratia omnes baptizati,
Christo auxiliante et cooperante, quo ad sa-
lutem animae pertinent, possint et debeant,
si fideliter laborare voluerint, adimplere.
Adest ergo baptizatis gratia, qua adjuvan-
te possint, et vere possint consequentiam
promerentem debellare, et gratiam sanctifi-
cantem custodire: porro plerique à bapti-

adri potest illud
Act. 7. ubi S. Ste-
phanus Judaeos ita
invepat: Duracer-
vis et inivorum-
vis cordibus et au-
ribus, vos semper
Spiritui Sancto re-
sistitis. Resistere
autem Spiritui San-
cto, quid est, nisi in-
terius illius motibus
resistere? Quis enim
resistat ei, qui non
moveret, aut non

196.
suffiaenter movet
ad motum hie et
nunc produendum?
Deinde hac resisten-
tia provenit ex du-
ritia cordis: inter-
na ergo est et pro-
pria dicta.

196. Zatis huic gratia resistunt. Ergo p.

Senonense Concilio celebratum, an. 1528.
part. i. in decretis fidei, c. 15. sic loquitur:
Neque liberum arbitrium asserentes, divinam
excludimus propterea gratiam, quod illi
lutherani; falso toties imponere non ve-
rentur. Sed iuxta Sacram Scripturam eo ex-
tendimus, ut voluntas humana misericordie
provocantis auxilio suffulta, et interiori
quodam et occulto Secretioris inspirationis af-
flatu contacta se se convertat in Deum, Deo
appropinquet, et ad veram illam gratiam
se preparat, qua tandem accepta sit ad vi-
tam aeternam. Neque tamen tanta gratia
necessitas libero prejudicat arbitrio, cum illa
semper sit in promptu, nec momentum qui-
dem praterat, in quo Deus non stet ad osti-
um et pulset.... neque denique tale sit hu-
jusmodi trahentis Dei auxilium, cui resis-
ti non possit. Quoties enim Dominus voluit
congregare filios Jerusalem, sicut gallina
congregat pullos suos sub alas, et noluerunt?
Frustra certe Stephanus Judaeos dure cer-
vius et inivumersi cordis argueret, qui sem-
per Spiritui Sancto resisterent. Frustra Pau-
lus Thessalonicenses admoneret, Spiritum
ne extinguerent, si divinis inspirationibus
homines inevitabiliter raperentur. Istis
Concilio verbis evidenter mentis sit de gra-
tia actuali et interna voluntatis: agitur
enim de gratia qua voluntatem tangit
occulto Secretioris inspirationis afflatu, at-
que ibi asseritur, quod ei proprio vitio re-
sistat voluntas, idque iisdem omnino Scrip-
turae testimoniis evincitur, qua modo laudavimus.
Concilium Trid. Sess. 6. cap. 11. Nemo,
inquit, temeraria illa, et a Patribus sub ana-

themate prohibita voce uti /: Debet: / 197. 94. 4.
Dei precepta homini justificato ad obser-
vandum esse impossibilia. Nam Deus im-
possibilia non jubet; sed jubendo monet,
et facere quod possis, et petere quod non
possis, et adjuvat, ut possis. Ergo ex
Concilio omnes justis habent gratiam, per
quam vere possint servare omnia Dei pre-
cepta quando urgent; et tamen non om-
nes ea servant, nam multi justis peccant
mortaliter. Ergo datur gratia vere suffi-
ciens ad servanda mandata divina, qua ta-
men non est efficax.

Prob. 3^a. Ex Definitionibus Ecclesie.
Hæc propositio Jansenii, aliqua Dei præ-
cepta hominibus justis volentibus et co-
nantibus secundum præsentia, quas habent,
vires, sunt impossibilia: Deest quoque illis
gratia, quâ possibilia fiant: Solemni Ec-
clesie judicio damnata fuit, et quidem in
sensu Jansenii, ut hæretica. Ergo contra-
dictoria est de fide; nempe hæc: Nulla
Dei præcepta hominibus justis volenti-
bus et conantibus sunt impossibilia; nec
deest illis gratia, quâ possibilia fiant,
in iis scilicet circumstantiis, in quibus
versantur, et tenentur ea servare. Ergo
justi omnes habent gratiam vere suffi-
cientem ad servanda omnia præcepta; et
tamen non omnes justis servant omnia
præcepta, sed aliqui ea violant. Ergo da-
tur in aliquibus justis gratia vere suffi-
ciens ad servanda mandata Dei, qua ta-
men caret effectu ad quem datur, et quem

198. habere potest. Ergo datur in statu naturae lapsae gratia vere ac mere sufficiens.

Item ista: Interiori gratia in statu naturae lapsae nunquam resistitur. Quae propositio in libro Jansenii hunc habet sensum: Gratia omnis hominibus lapsis data habet omnem effectum, propter quem datur à Deo, et quem habere potest in iis circumstantiis, in quibus datur. Ergo est de fide, dari aliquam gratiam, quae ex culpa voluntatis non habet effectum ad quem est sufficiens in iis circumstantiis, in quibus ei resistitur. Deoque est de fide, dari gratiam vere ac mere sufficientem.

Prob. 4^o. In SS. Patribus. Pro omni-

* Graecos Patres dicit Jansenius, exinde suscipi non satis consentiens, ut tot tradit hostes, quot praeclara fuerit gratia lumina.

bus sit S. Augustinus, qui passim hanc veritatem tradit vel supponit. ut omnis pluribus aliis locis 1^o lib. 83. Inart. qu. 68. ubi ait: Ad illam coenam nec omnes qui vocati sunt venire voluerunt, neque illi, qui venerunt, venire possent, nisi vocati. Itaque nec illi sibi debent tribuere, qui venerunt, quia vocati venerunt. Nec illi, qui voluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi: quoniam ut venissent, vocati erant in libera voluntate. Qui autem vocatus non venit, sicut non habuit meritum praemii ut vocaretur, sic inchoat meritum supplicii, cum vocatus venire negligit. Hic S. Doctor loquitur de vocatione non solum externâ, sed etiam et maxime de internâ: nam loquitur de vocatione, qua veniendi voluntatem efficit in iis, qui vocati venerunt. Item loquitur de vocatione, qua qui vocati sunt, sibi solum tribuere debent, quod non venerunt, quia ut venissent, erat in eorum libera potestate. Sed sine vocatione

internā seu gratiā excitante nemo potest ^{199.}
venire ad Christum. Ergo ex S. Augustino datur
aliqua vocatio interna, quācum aliqui
venire ad Christum potuerunt in iis circum-
stantiis in quibus versabantur; et tamen
non venerunt ex solā suā culpā, nam id
sibi solis tribuere debent. Atqui vocatio
interna, quācum homines possunt venire
ad Christum per fidem et dilectionem,
et tamen quācum non veniunt ex culpā
suā, est gratia excitans verē sufficiens, et
tamen non efficax. Ergo.

2^o. lib. de
correct. et grat. c. 7. Justior enim, inquit,
videtur excusatio dicentium, non accipi-
mus audientiam, quā dicentium, non acci-
pinus perseverantiam: quoniam potest
dici, homo, in eo quod audieras et teme-
ras, in eo perseverares si velles; nullo modo
autem dici potest: id quod non audie-
ras, crederes si velles. Ergo homo qui
non perseverat in fide et charitate, non
habet excusationem; quia perseverasset,
si voluisset. Ergo qui non perseverat, po-
tuit perseverare, ac proinde habuit grati-
am verē sufficientem ad perseverandum, cui
noluit consentire.

3^o. Epist. 153. haec
eloquitur: Bestinet ergo ad nos, ut boni si-
mus, accipere et habere quod dat, qui de
suō bonus est, quo quisque neglectō, de suō
malus est.

4^o. lib. i. de peccat. merit.
et remiss. c. 39. Si parvulus post bap-
tismum vixerit, atque ad aetatem capace[m]
praeccepti pervenire potuerit, ibi habet
concupiscentiam; cum quā pugnet, eāque
adjuvante Deo superet, si non in vacuum
gratiam eius superet, si reprobatus esse
noluerit. Ubi clara significat, adultos

955 5

955 5

200. peccatores non esse reprobatos, nisi quia gratia Dei consentire nolunt.

Prob. 5^{to} Ratione. 1^o Deus vult sincere salvare omnes homines. Ergo dat omnibus media verè sufficientia ad salutem, quibus tamen multi non consentiunt, cum multi non salventur. 2^o Deus vult, ut omnia sua precepta serventur ab omnibus. Ergo dat gratias sufficientes ad ea servanda: alioquin vellet rem impossibilem, et homines obligaret ad impossibile; et tamen loquere violantur. Ergo.

3^o Ad vincendas graviores tentationes, ac proinde ad coercendos ardentioris concupiscentiae huius et inimitabilis motus, profecto necessaria est gratia, haecque, justis praesertim, urgente tentatione semper conceditur. Atqui plerique etiam in justis tentationi cedunt. Ergo.

188.

Solvuntur Objectiones.

Ob. 1^o Gratia sufficientis non reperitur in Scripturis. Ergo non datur.

Resp. neg. ant. Quamvis nomen gratia sufficientis in Scripturis non reperiat, at res per illud significata habetur in Scriptura et Traditione, quod sufficit. Et verò quis nesciat, nova subinde nomina ab Ecclesia fuisse adhibita ad melius exprimendas res fidei jam olim creditas.

189.

Ob. 2^o Isaï. c. 55. Deus dicit: Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet, quaeunque volui, et prosperabitur in his ad quae misi illud. Atqui huius per verbum Gratia interna intelligitur. Ergo omnis Gratia interna est efficax, nec vana datur, quae sit merè sufficientis.

Resp. neg. min. Hic enim per verbum intelligitur, non Gratia interna, sed

aliquid aliud à solâ Dei voluntate pendens, ^{201.}
nempe promissum de foedere Novi Testamenti,
de Messia, et bonis per eum dandis. Et verò
verbum Dei propriè est res à Deo revelata.
Certè multa res à Deo hominibus revelata
non idèò ab illis implentur: Sic præcepta di-
vina à Deo hominibus declarata non semper
servantur.

Verùm dato etiamnum, quòd hæc
per verbum intelligatur gratia interna;
perfectò quamvis sufficiens merè esset, non
tamen omni effectu caret, nec vacua
redit: nam 1^o saltem hunc habet effec-
tum à Deo intentum, ut manifestet divi-
nam benignitatem, misericordiam, provi-
dentiam, ac sinceram voluntatem salvan-
di omnes et singulos homines. 2^o Si non
obtinet in homine ei resistente effectum
à misericordiâ divinâ intentum redun-
dat in effectum justitiæ respectu illius.
Deus enim, ut docet S. Thomas, virtuali-
ter duplicem habet intentionem, nem-
pe ut bonum fiat, et ut homo, qui non
vult bonum agere, poenam subeat. Un-
de cum alterutrum semper fiat, verbum
Dei sive exterius sive interius ad ipsum
non redit vacuum.

Denique si tentus obiectus grati-
am internam spectaret, intelligeretur
respectu illorum, ad quos ex voluntate
efficaci salutis mittitur verbum inter-
num seu gratia: nam verè respectu
illorum nempe electorum nunquam
de factò redit vacuum, sed semper prope-
ratur.

Ob. 3^o. Christus Joan. 6. ait: Om - 190.

202. nisi, qui audit à Patre, et didicit, venit ad me. In qua verba sic loquitur S. Augustinus, lib. de prædest. Sanct. c. 8. Quid est, nisi, qui audit à Patre, et didicit, venit ad me, nisi, nullus est, qui audiat à Patre et discat, et non veniat ad me? Si enim omnis, qui audit à Patre et didicit, venit, profecto omnis, qui non venit, non audit à Patre, nec didicit: nam si audisset et didicisset, venisset. Et inferius. Hæc itaque gratia, qua occultè humanis cordibus divinà largitate tribuitur, à nullo duro corde respuitur: idè quippe tribuitur, ut cordis duritia primitis auferatur.

Resp. Hoc et similibus Scripturæ testimoniis, ut Philipp. 2. Deus est, qui operatur in vobis velle et perficere. Rom. 9. Voluntati ejus quis resistit? Item: Non est volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. id unum probatur, nempe dari gratiam efficacem, cui nulla reluctatur voluntas, quod ultro fatemur: nullatenus autem exhibetur gratia sufficiens, que tot aliis Scripturæ textibus astruitur.

Ad textum S. Augustini Resp. 1^o. Hæc et alia ipsius testimonia, que passim opponuntur, in ipsos adversarios militare; siquidem exinde sequeretur nullas dari gratias parvas seu debiles internas, quas tamen impensè fovent Janseniani, ut Catholicis illudant.

Resp. 2^o. In hoc ut et aliis contra Pelagianos et Semipelagianos libris S. Doctor agit præcipue de gratiâ efficaci; tum quia est species perfectissima: sic cum generatim describitur Orator vel Poëta, exhibetur is,

qui in isto genere sit perfectissimus: tum quia cum Pelagius diceret, hominem solis viribus naturalibus bona ac salutaria opera facere, debuit Augustinus pro necessitate gratiae pugnans docere, quod Deus per suam gratiam huiusmodi opera faciat, et consequenter loqui de gratia, quatenus re ipsa bonum operatur, seu de gratia efficaci. Sive quia controversia contra Haereticos illos erat praesertim utrum actus salutaris, seu aliquo modo conduens ad salutem fieret sine gratia interna proveniente omnem usum libertatis, et immediate efficiente voluntatem: gratia autem qua fit actus salutaris est gratia efficax. Denique saepe loquitur de gratia efficaci, non ut efficaci, sed praesertim ut est auxilium gratuitum, necessarium. Et variis in locis loquitur de gratia in genere, nempe prout praesertim ab efficaci et sufficiente.

Iust. S. Augustinus explicat de gratia efficaci idem Christi, Joan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum. Ergo sine gratia efficaci homo non potest facere bonum, ideoque non habet completam potentiam.

Resp. Dist. cons. Sine gratia efficaci homo non potest facere bonum potentia reduenda ad actum idque ratione connexionis aliusque veritatis cum alia veritate: cons*. Potentia ad actum mere reducibili, neg. cons.

Ob. 4. S. Augustinus, lib. 1. ad Sim. 191. plac. ait: Si Deus miseretur, iam volumus.

Resp. loquitur de misericordia speciali, qua Deus vocat hominem quo-

* gratia efficax actum ipsum afficit, unde ubi actus veritas, ibi est necessario gratia efficax p.

204. modo, sicut ei congruere, ut vocantem non res-
pondat.

192. Ob. 4^o. Ex S. Augustino necesse est, vo-
luntatem Dei semper impleri. Ergo cum De-
us det gratiam ut fiat bonum, illa semper
habet effectum.

Resp. Dist. ant. Necesse est impleri
Dei voluntatem absolutam et efficacem, conc.
Dei voluntatem inefficacem et conditiona-
tam licet sinceram, neg. ant. Deus non
semper vult efficaciter, ut agamus bonum,
et consentiamus gratia. Nam S. Augusti-
nus duplicem distinguit vocationem,
unam, que est secundum propositum, id
est, decretum Dei gratuitum et efficace,
et hæc semper habet effectum: alteram,
que non est secundum propositum, et hæc
effectum, ad quem datur, caret, quia volun-
tas non vult ei consentire.

193. Ob. 5^o. Gratia Sufficientis ex S. Au-
gustino est auxilium sine quo fieri non po-
test opus salutare. Atqui ex eodem S. Do-
ctore auxilium istud fuit auxilium pro-
prium nature innocentis; nec datur in
statu nature lapsæ nisi auxilium quo fit
opus salutare, per quod intelligit gratiam
inepudabilem seu efficacem. Ergo.

Resp. neg. min. Enimvero datur
etiam in statu nature lapsæ auxilium sine
quo fit seu gratia Sufficientis, quamvis diffe-
rat ab illo auxilio sine quo, seu gratia Suf-
ficiente, qua data fuerat Adamo in statu
innocentie. Vide dicta c. 3. §. 1. num. 27. 28. et

* Quidam Theologi, sequent*.

prout ibid. dictum, 194.

utriusque huius suf-
ficientis gratiae dis-
crimen in eo repro-

Ob. 6^o. Gratia Sufficientis est ad-
iutorum possibilitatis, non voluntatis et
actionis. Sed tale adiutorium est Pelagianum.

Resp. Dist. maj. Gratia Sufficientis
 est adiutorium dans voluntati completam
 posse, seu completam potentiam agendi
 num, sed non faciens ut voluntas seipsa re-
 lit et agat, conc. Est adiutorium non im-
 mediate movens, excitans et corroborans
 voluntatem ad agendum bonum salutare
 neg. maj. Gratia mere Sufficientis non
 est adiutorium possibilitatis in sensu Be-
 lagii: nam iuxta Belagium, adiutorium
 possibilitatis non dabat posse simpliciter,
 sed solum posse facilius, et consistebat tan-
 tum in lege ac doctrina exteriori vel eti-
 am interiori propositis. Belagius enim con-
 tendebat, liberum arbitrium per se solum
 valere ad quolibet opus salutare, ideoque
 non indigere gratia ad posse simpliciter,
 sed tantum ad facilius posse, et hanc gra-
 tiam constituebat in lege et doctrina,
 et exemplis Christi, que ad doctrinam re-
 vocari possunt, atque etiam ad summum
 in Supernaturali illustratione mentis.
 At gratia Sufficientis, quam cum Catholicis
 omnibus propugnamus, consistit non so-
 lum in Supernaturali illustratione in-
 tellectus, sed etiam et potissimum in pia
 et indeliberata voluntatis motione, et
 dat posse simpliciter velle et agere bonum
 salutare, voluntatem immediate excitando,
 elevando, corroborando, et adiuvando
 ad idud volendum et agendum.

nunt, quod in Adamo
 innocenti fuerit super-
 naturalis illustratio
 mentis duntaxat, in
 statu nature lapsa
 vero sit in super pia
 et indeliberata nec
 non preveniens mo-
 tis voluntatis p.
 prout in responsio-
 ne ad ob. 8 tam hic
 dicitur.

Dist. Belagius docebat posse age-
 re esse a Deo.

Resp. Per posse agere intelligebat
 liberum arbitrium sibi relictum, quod

tem non re-
 neesse est
 hys in la-
 n, illa hys
 se est impler
 efficacione
 et conditio
 t Deus
 agamus bonu
 hys d. hys
 orationem
 oportum
 um et effici
 um: alteru
 positum, h
 t, quia vlt
 fficiens
 quos fieri
 i excedit
 t auxiliu
 s; nec datur
 auxiliu
 adigit gratia
 em. Ego
 Emunus
 la auxiliu
 s, quomodo
 s, seu gratia
 hams in
 : 3. 8. / num 27
 Sufficientis
 m voluntatis
 um est Belagii

206. Dicebat esse à Deo creante, vel extrinsecus tantum adjuvante, nempe per Legem et Doctrinam.

195. Ob. 9^{vo} Ex Celestino Summo Pontifice Epist. ad Episcopos galie, lex supplicandi Statuit legem credendi: Atqui Ecclesia non orat pro impetranda gratia sufficiente, quae dat unum posse, sed pro obtinenda efficaci, quae dat velle et operari. Ergo p.

98. Resp. Dist. min. Ecclesia non orat pro impetranda gratia merè sufficiente, et quatenus excludit consensum futurum, con. Quatenus verè et relativè sufficiens est, et ad bonum volendum ac exequendum necessaria, neg. min. Ecclesia generatim postulat gratiam, quae nobis ad salutem professe potest; gratiam tuam, inquit, mentibus nostris infunde: at nusquam ida modum spectat, secundum quem gratia suum sortitur effectum.

196. Ob. 9^{vo} Nutrienda Superbia, fovenda Socordia, ac Spei Christianae Destruenda, nata videtur Sententia gratiae sufficientis. Ergo non est admittenda.

Resp. neg. ant. Profectò in Sententia adversariorum dabatur in Statu innocetiae gratia sufficiente, quis autem sano mentis affirmare audeat, gratiam Adami innocenti concessam talem fuisse, ut naturam suam Superbiam inspiraret, Socordiam foveret, ac Spem Christianam labefactaret? Et verò gratia, quae suam homini infirmitatem, et omnimodam à jugi ac continuo Divini auxilii influum dependentiam demonstrat, quae hominem incespenter admonet, ut novum semper à Deo imploret auxilium, tum

ut accepta gratia bene utatur, tum ut in ea 207.
firmus perseveret; nedum superbiam et ne-
gligentiam foveat, imò potius humilitatem
inspirat, spem roborat, securitatem et negli-
gentiam abigit: porò talis est gratia suffi-
ciens, quam Orthodoxi omnes Theologi ad-
mittunt, p.

Ob. 1.º gratia sufficiens, qua 197.
nunquam effectum obtinuit, nec usquam
obtinebit, videtur quoddam singulare
monstrum gratie, solummodo peccatis
faciendis, et majori damnationi accessen-
da serviens, quodque Daemon vellet semper
concedi. Ita Jansenius, lib. 3. De grat. Christi
c. 3. Ergo p.

Resp. 1.º Argumentum istud melio-
ri jure contorqueri posse contra parvam
Jansenii gratiam, qua sum usquam obti-
net effectum, quòd viribus inferior sit oppo-
sita concupiscentiã.

Resp. 2.º neg. ant. In sententiã
Orthodoxorum non ex Dei aut gratie vitio,
sed ex culpabili hominis resistantiã contin-
git, quòd gratia sufficiens suum effectum
non assequatur; ipsa etenim veram ac en-
peditam boni hinc et inde peragendi con-
fert potentiam. Unde merito Alexander
VIII. an. 1690. hanc propositionem confixit:
Gratia sufficiens statui nostro non tam uti-
lis quam perniciosa est; sic ut merito possi-
mus petere, a gratiã sufficiente Libe-
ra nos Domine.

Ob. 1.º? Nemo potest resistere om- 198.
nipotenti voluntati Divinã: indignum
quippe est tantã majestati, si resisten-
te hominione voluntas Dei non adimple-
retur. Præterea, gratia est instru-

208. mentum voluntatis divina: quis autem instru-
mentum potest obistere, quod a supremâ volunta-
te movetur? Ergo nulla datur gratia
verè ac merè sufficiens, cui nempe volun-
tas humana propriè resistat.

Resp. neg. totum argumentum.

Namque i^o exinde sequeretur, quod absurdum
est, et falsum esse fatentur adver-
sarii, voluntatem humanam non posse
resistere, tum exteriori gratia, tum in-
teriori mentis illustrationi, tum gratia
parva; siquidem hujusmodi gratia ex
voluntate Dei procul dubio defluunt, sunt
que illius instrumentum. 2^o Nominè
gratia data Adamo erat ad perseverandum?
nominè erat instrumentum divine volun-
tatis? ei tamen restitit Adamus: neque
enim diversa est in utroque statu Dei
virtus ac potentia. Tandem instru-
mentum omnem suam vim desumit à
voluntate motrice: si ergo voluntas vult
ut enervari possit, salvo voluntatis jure
enervari potest, sicuti et ipsa instrumenti
virtus. Atqui Deus vult, ut sua voluntas,
non quidem absoluta et consequens, sed an-
tecedens et conditionata ab homine vinci
possit. Ergo p.

Prim. Givv
pag. 99.

199.
* vid. inf. Inerit. Theol.
Inerit. ii. n. 190. et seq.

C

* §. Secundus.

An iustis omnibus detur
gratia sufficiens.

Contenderunt Lutherus et Calvinus,
ut supra cap. 2. §. 6. num. 13. cità fin. annotavi-
mus, mandata Dei simpliciter et cum gra-
tiâ maximè efficaci hominibus iustis esse
impossibilia, ob eam scilicet concupiscentia
labem, quæ sanctissimis eorum operibus sem-
per adhererit.

Ad istum errorem prope avertit Jan-^{209.}
senius lib. 3. de grat. Chr. c. 13. ibi enim totus
est, ut ostendat, justis etiam volentibus
et conantibus secundum praesentes, quas ha-
bent, vires, aliquando deesse gratiam, imò et
spiritum orationis, quo possibilia fiunt Dei
procepta.

Catholici unanimi consensu docent,
justis, urgente procepto, nunquam deesse
gratiam verè sufficientem, quâ possint
proceptum huius et nunc adimplere, vel sal-
tem uberius à Deo auxilium impetrare.
Quibusum sit.

Conclusio.

200.

Justis omnibus confertur gratia
sufficiens, cum instat proceptum, aut ur-
get tentatio.

Prob. 1^o ex Scripturâ, i. Cor. 10.

Fidelis Deus est, qui non patietur vos ten-
tari supra id, quod potestis, sed faciet eti-
am cum tentatione proventum. Haec ad
justos pertinere, clarè ostendunt verba im-
mediatè precedentia, Qui se existimat sta-
re, videat ne cadat. Atqui tentarentur
justi supra id, quod possunt, nisi urgente
tentatione gratiam haberent viven-
da actuali concupiscentia idoneam, vel
saltem nisi ad id possent uberius impetra-
re auxilium, quod supponit Apostolus à
Deo concedendum, cum addit: Faciet eti-
am cum tentatione proventum; hoc est,
ut interpretatur S. Cyprianus, Faciet cum
tentatione facultatem evadendi.

Prob. 2^o Ex Concilio. Milevita-
num* c. 3. sic statuit, Placuit, ut quicum- * an. 416.
que dixerit, gratiam Dei, in qua iustifica-
mur per Jesum Christum Dominum nostrum,

210. ad solam remissionem peccatorum valere, quae
jam commissa sunt, non etiam ad adiutori-
um, ut non committantur, anathema sit.
Eadem visdemque verbis repetit Celestinus
ad Episcopos galie.

* an. 529.

Concilium Arausicum II. can. 25.
N sic definit: Secundum fidem catholicam
credimus, quod accepta per baptismum
gratia omnes baptizati, Christo auxilian-
te et cooperante, quae ad salutem pertinent,
possint et debeant, si fideliter laborare ve-
lint, adimplere. Ergo fide catholica cons-
tat, justis nunquam desesse gratiam qua
verè possint relativè ad circumstantias in
quibus versantur, Dei praecepta servare, ac
urgentes tentationes vincere.

Concilium Tridentinum eandem
doctrinam confirmat, sess. 6. c. ii. his ver-
bis: Nemo temeraria illa, et à Patribus sub
anathemate prohibita voce uti / Debet /
Dei praecepta homini justificato ad obser-
vandum esse impossibilia; nam Deus im-
possibilia non jubet, sed jubendo monet et
facere quod possis, et petere quod non possis,
et adjuvat ut possis, cujus mandata gravia
non sunt, cujus onus suave est: Deus nam-
que sua gratia semel justificatos non de-
serit, nisi ab eis prius deseratur. Quae
verba de prompta sunt ex S. Augustino,
lib. de nat. et grat. c. 43. Tum can. 18.
anathemate percutit, qui dixerit, homini
justificato mandata esse impossibilia. Et
sess. 24. can. 9. damnat eos, qui dixerint,
matrimonium posse licite contrahi ab eis,
qui non sentiunt, se accepisse donum casti-
tatis, quam roverant: cum, inquit, Deus id
rectè petentibus non denegat, nec patitur
nos supra id, quod possumus, tentari.

Z. 100.

Prob. 3^o. Ex Definitionibus Ecclesie seu ^{211.}

Summorum Pontificum, Ex Celestino I. Epist. ad
Episcopos gallicae supra cit. Item ex Defini-
tionibus Innocentii X. et Alexandri VII. qui-
bus primam, inter quinque famosas Janse-
nii propositiones supra c. 2. §. 8. p. 36. rela-
tas, tanquam hereticam damnarunt;
nempe justis omnibus, etiam volentibus
et conantibus, non esse possibilea Dei man-
data per gratiam, quae sit verè sufficiens
et idonea ad vincendam actualem concupis-
centiam, vel cuius ope possit uberius auxi-
lium impetrari; huius enim est huius pri-
mae propositionis sensus à Jansenio inten-
tus. Ergò de fide est, justis omnibus,
instante præcepto, adesse gratiam, per quam
possint immediatè, vel saltem mediatè,
illud implere, et concupiscentiam vincere.

Prob. 4^o. Ex Ss. Patribus. S. Chryso-
stomus Hom. 8. De poenit. Nequaquam Domi-
num inuases, laud mandat impossibilia. S.
Hieronymus in c. 5. Matth. Sciendum est, Chris-
tum impossibilia non præcipere. Impossi-
bilia autem mandaret et præciperet, nisi ad
ea implenda gratiam sufficientem daret. Un-
de S. Leo, Serm. 6. De Passione Domini ait:
Iustè nobis instat præcepto, qui præcurrit
auxilio, id est, gratiâ sufficienti.

S. Augustinus, lib. De nat. et grat.
c. 26. Discrimen statuens inter medicum,
qui sanat aegrotum, et Deum, qui justi-
fiat impium; quòd medicus postquam
sanavit hominem, eum sibi dimittat;
Ipse autem Deus, adit, cum per media-
torem Dei et hominum, hominem Jesum
Christum spiritualiter sanat aegrum, vel
vivificat mortuum; id est, justificat

212. impium, et cum ad perfectam sanitatem, hoc est,
ad perfectam vitam justitiamque pervene-
rit, non deserit, nisi deseratur, ut pie sem-
per justeque vivatur. Ergo, justa S. Au-
gustinum, justis omnibus à Deo conceduntur
gratia, quibus in justitiâ perseverare possunt.

Quod autem hic agat de gratiâ actua-
li, non verò habituali, ut placet Jansenio; pa-
tet tum ex scopo disputationis, ibi enim dis-
putat contra Pelagianos, qui gratia actualis
necessitatem negabant ad observanda præcepta:
tum ex allato discrimine medicum inter et
Deum, quod medicus sanatum hominem dimit-
tat, cum è contra Deus semel justificatos
adjuvet, ut in bono perseverent: tum ex verbis
immediatè sequentibus, quæ gratiam actua-
lem clarè significant: Sicut enim, inquit, ocu-
lus corporis etiam plenissimè sanus, nisi can-
dore huius adjutus non potest cernere; sic homo
etiam perfectissimè justificatus, nisi eterna
hæc justitiâ divinitus adjuvetur, rectè non
potest vivere. sanat ergo Deus non solum
ut deleat, quod peccavimus; sed ut præstat
etiam nè peccemus.

In Psalmum 7. expendens hæc Davi-
dis verba, Justum adiutorium meum à Domi-
nò, de auxilio peccatoribus et justis concessò
hæc habet: Itaque ibi misericors auxilium
est, quia nullum habet meritum peccator,
qui adhuc justificari desiderat: hic autem
justum auxilium est, quia jam justò tribui-
tur. Dicit ergo ibi peccator; Infirmus sum,
salvum me fac Domine propter misericordi-
am tuam: et dicit, hic justus, Justum au-
xilium meum à Dominò. Ita loquitur
S. Augustinus, quia Deus ex promissione et fi-
delitate suâ tenetur cuilibet justò conferre

Sufficientia auxilia, sine quibus Spiritualem ^{213.}
anima vitam ipsis gratuita concessam conser-
vare non possent.

Prob. 5^o. Ratione. Ex sola hominis
culpa et vitio est, quod privetur gratia ad
agendum necessaria. atqui nulla omnino
ex parte hominis culpa aut causa fingi po-
test, cur justis Deus denegat gratiam suffi-
cientem, sine qua non possunt preceptum
adimplere. Ergo. Majorem clarè Do-
cent SS. Augustinus, lib. 2. De peccat. merit.
et remiss. c. 17. et Thomas 1. 2. q. iii. a. 3. his
verbis: Defectus gratia prima causa est in
nobis; sed collationis gratia prima causa est
in Deo; secundum illud Osee 13. Perditio tua
ex te Israël, tantummodo in me auxilium
tuum.

Minor prob. Vel enim hujus
denegationis causa assignaretur peccatum
originale, vel concupiscentia, vel pecca-
tum aliquod actuale. Atqui nudum horum
dici potest. 1^o quidem justis gratia non po-
test denegari in poenam peccati originalis,
quod in ipsis per baptismum perfectissime di-
missum fuit: Nihil quippe damnationis est in
iis, qui sunt in Christo Jesu, inquit Apostolus
Rom. 8. et ut habet Synodus Trid. sess. 5. can.
5. In venatis nil obit Deus. 2^o Gratia non
potest denegari justis in poenam concupiscenti-
ae, ob eandem rationem. 3^o Non potest
etiam eis subtrahi gratia sufficiens propter
aliquod peccatum actuale procedens: tum quia
agitur de prima gratia, qua justo denegare-
tur, ac proinde si supponatur lapsus in ali-
quod peccatum, de hoc ipso quæri debet, cur
gratia privatus fuerit ad illud vitandum
necessaria: tum quia Summa Dei erga

— 101. 3.

214. electos bonitati adversatur, quod ipsi ob levem ac venialem culpam omni prorsus auxilio sufficienti destituantur. Equidem nonnunquam à Deo in poenam negligentia subtrahitur gratia uberior, quæ sublata justus in peccatum labitur; verum adhuc superest gratia remota, seu orationis, quæ potest justus ad Deum supplicii pietate se se convertere, ut multoties tradit S. Augustinus.

201.

Solvuntur Objectiones.

Ob. 1^o. S. Hilarius in c. 3. Matth. de Petro dicit: amarissime fleuit, recolens trepidationis culpam se nec admonitum potuisse vitare.

Resp. Petrus culpam vitare non potuit ex negligentia et defectu cooperationis, sed non ex defectu gratiæ saltem remotæ sufficientis. Sic Christus Matth. 26. dicit Petro et sociis Apostolis: Non potuistis unâ horâ vigilare mecum. Quibus verbis significatur non impotentia antecedens, sed merus defectus voluntatis, sibi vim inferendi. Unde in his et similibus locis significatur impotentia consequens, non antecedens liberam determinationem voluntatis.

202.

Ob. 2^o. Aliqui Patres dicunt Petrum caruisse gratiâ ad confitendum Christum, item alios homines interdum carere gratiâ ad servanda præcepta.

Resp. Loquuntur vel de gratiâ efficaci, vel potius de gratiâ proximè sufficienti, non de gratiâ remotè sufficienti, quæ est gratia orandi. Nam Patres dicunt simpliciter, quod homo aliquid non possit, quando caret gratiâ proximè sufficienti, ideoque potentiam proximam illud agendi, quamvis habeat gratiam remotè sufficientem, nempe gratiam orandi, per quam obtineri potest gratia proximè suffi-

ciens. Quod constat ex S. Augustino, lib. De grat.¹¹⁵
et lib. arb. c. 16. ubi ait: Deo jubet aliqua, qua
non possumus, ut noverimus, quid ab eo petere
debeamus. Ergo ex S. Augustino, cum non pos-
sumus aliqua, qua à Deo præcipiuntur, habemus
tunc semper potentiam petendi, ideoque gra-
tiam orandi.

Ob. 3^o S. Chrysostomus Hom. 72. in 2.03.
Joann. dicit de Petri lapsu, quod non frigi-
ditate, sed gratia defectu contigerit. Et hom.
31. in Epist. ad Heb. dicit, negationem Petri
non tam fuisse ex laetitia, quam ex eo, quod
Deus eum deserisset. Ergo ex S. Chryso-
sto Petrus caruit gratia sufficiente.

Resp. Caruit quidem gratia efficaci,
vel potius proximè sufficiente, non autem re-
motè sufficiente. Nam S. Doctor ibidem asse-
rit, Petrum habuisse gratiam orationis, quam
quia negavit, privatus gratia uberiore, Chris-
tum negavit. Et verò eum gratiam oratio-
nis habuisse, patet ex his Christi verbis, Matth.
26. quibus Petrum et alios Apostolos monet:
vigilate, et orate, ut non intratis in tenta-
tionem: nam Christus non hortatur ad ali-
quid impossibile.

Ob. 4^{to} S. Augustinus, Serm. 124. De 204. — 102.4.
tempore, ait: Quid est homo sine gratia Dei,
nisi quod fuit Petrus, cum negaret Christum?
..... ideo B. Petrum paululum Dominus sub-
deseruit, ut in isto totum humanum genus
posset agnoscere, nihil se sine gratia Dei
prevalere.

Resp. 1^o Hic sermo à viris eruditiss re-
jicitur inter spurios. Resp. 2^o Hic ten-
tus significat tantum, Petrum caruisse gra-
tia proximè sufficiente, non verò remotè suf-
ficienti. Unde dicitur Dominus paululum sub-
deseruisse Petrum, non autem simpliciter deseruisse.

216.
205.

Ob. 5^o. Idem S. Doctor, lib. De nat. et grat. c. 53. ait: fideles enim orantes dicunt: et ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo. Si adest possibilitas, ut quid orant?

Resp. hic loquitur de possibilitate quam asserbat Pelagius inesse libero arbitrio independenter à gratiâ internâ proveniente, ut patet ex toto contextu, et ex his verbis, quae paulo post addit: Quid tantum de natura possibilitate praesumitur? Unda ibi probat necessitatem gratiae internae. Et verò eodem lib. c. 34. De peccatis ait: Ut in nostrâ potestate fuisset, ne auiderent, confitemur, ita ut salventur, in illius magis est misericordiâ, quam in nostrâ potestate fateamur.

206.

Ob. 6^{to}. Idem S. Doctor dicit, hominem, etiamsi velit servare mandatum, tamen non posse.

Resp. Solum vult hominem non posse servare praecipitum, etiamsi velit, sed voluntate duntaxat infirmâ, inefficaci, et simplicis complacentia. At tunc habet gratiam orandi, ut habeat plenam et efficacem voluntatem et proximam potentiam servandi praecipitum: quam obtinebit, si gratiâ orationis utatur. Duplicem quippe S. Doctor distinguit voluntatem, aliam parvam ac debilem, seu inefficacem, et aliam magnam, robustam seu efficacem: sic enim ait, lib. De grat. et lib. arb. c. 17. Qui ergo vult facere Dei mandatum et non potest, jam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam et invalidam: poterit autem, cum magnam habuerit et robustam.

207.

Ob. 7^{mo}. Idem S. Doctor, lib. De Diversis, ait: Petrus promisit se moriturum pro Christo, et non potuit: plus ausus erat, quam ejus capacitas sustinebat, plus promiserat, quam poterat.

Resp. Petrus caruit gratiâ suffi-

ante ad moriendum pro Christo, quando non ^{217.}
urgetur præceptum moriendi pro ipso. Nam non
semper datur justis gratia sufficiens pro
quolibet bono actu, quando non urget præ-
ceptum illud faciendi. At cum urget præ-
ceptum aliquod, semper habent vel habere
possunt gratiam verè sufficientem ad illud
observandum. Præterea tentus obiectus
intelligi potest de potentia proxima, quæ
causit Petrus, non de remota, consistente
in potestate orandi ad obtinendam proxi-
mam potentiam moriendi pro Christo.

Ob. 8^{va}. Ex eodem stultum est ora- 208.
re, ut facias, quod in potestate habeas. Ergo
si justis semper habent gratiam sufficientem
ad servanda præcepta, non deberent orare.

Resp. neg. cons. Quia justis non sem-
per habent gratiam proximè sufficientem
ad servanda præcepta, etiam cum urget es-
sum observatio; sed sæpe habent tantum
gratiam remotè sufficientem, nempe gra-
tiam orandi, quæ uti debent, ut gratiam
proximè sufficientem obtineant: quæ si
non utantur, ex culpa sua carent gratiâ
proximè sufficiente*. Unde violatio præ-
cepti eis merito imputatur ad culpam, cum
potuissent illud servare, nempe orando,
deinde gratis per orationem comparata
consentiendo. Hinc illud Concilii Trid.
Sess. 6. cap. 11. Deus impossibilia non jubet;
sed jubendo monet et facere quod possis,
et petere quod non possis, et adjuvat ut
possis. Igitur justis, dum urget præ-
ceptum, semper habent gratiam vel pro-
ximè vel saltem remotè sufficientem ad
illud servandum.

His adde, quod de-
beamus à Deo petere non solum gratiam

103. 5.
* gratia proximè
sufficiens ad servandum
præceptum est ea, quæ
dat proximam ac com-
pletam potentiam ser-
vandi præceptum; est
quæ gratia excitans
et corroborans immédia-
tè ad illud servandum.
Gratia verò remotè
sufficiens ad servandum
præceptum est ea, quæ
dat proximam poten-
tiam petendi auxili-
um illud, quod dat pro-
ximam potentiam ser-
vandi præceptum: non-

218. proxime sufficientem, sed etiam efficacem, quae
 pe est gratia dans com- De facto mandata servemus. Denique
 pletam ac proximam S. Augustinus ibi intelligit potestatem na-
 potentiam orandi, per turalem, seu liberum arbitrium; nam lo-
 quam orationem ob- quitur contra Pelagium, qui docebat, homi-
 tinetur auxilium il- nem ex solis natura vivibus posse servare om-
 lud dans proximam po- niam ex solis natura vivibus posse servare om-
 tentiam servandi pra- niam ex solis natura vivibus posse servare om-
 ceptum. Hinc gratia niam ex solis natura vivibus posse servare om-
 Sufficientem generatim 209. Ob. 9^{no}. Deus nulli debet gratiam. Ergo
 revocatur ad gratiam eam denegare potest etiam justis.
 actionis, et gratiam
 orationis.

Resp. Dist. ant. Deus nulli debet gra-
 tiam, si eam non promiserit, conc. Si eam pro-
 miserit, neg. ant. Nam Deus ex hypothese,
 quod gratiam promiserit, debet ex debito fi-
 delitatis gratias promissas dare. Deus autem,
 cum gratiam Sacramentis annexerit, om-
 nibus ea recte suscipientibus promisit gra-
 tiam habituales, et gratias actuales ad illam
 conservandam, atque ad finem cuiusque
 Sacramenti proprium assequendum necessa-
 rias.

Negari etiam potest cons. Nam eti-
 amsi Deus nulli debeat gratiam; tamen sibi
 debet, ut gratias ad servanda precepta à se
 imposita necessarias proveat. Quia sibi debet,
 ut sapienter agat, non exigendo impossibilia
 à sua creatura. Potest gratia diuturnae et est gra-
 tuita, quia non debetur natura, et datur sem-
 per ex gratuita Dei voluntate, qui gratuito eam
 promisit.

219. Ob. 10^{mo}. In quaestione cur ex justis
 unus perseveret, alter vero non, recurri de-
 bet ad inscrutabilia Dei iudicia*. Atqui
 hoc falsum evadit, si justis omnibus detur gra-
 tia Sufficientis ad perseverandum, dicit enim po-
 terit, id ideo evanire, quia scilicet unus consen-
 tit gratia, alter non. Ergo p.

Resp. neg. min. Nam quamvis ita
 possit responderi, tamen semper recurren-

* S. Aug. lib. De correptione et gratia. et lib. De dono horum falsum evadit, si justis omnibus detur gra-
 persever. multoties.

Dum est ad insuratabilia Dei iudicia. Ulte. 219.
 rius enim querenti causam efficientem et
 primariam cur unus consentiat gratis, et
 alter non consentiat, cur unus perseveret,
 et alter non perseveret, responderi debet,
 quia uni datur gratia congrua usque ad fi-
 nem vite, alteri non datur; quia unus an-
 te lapsum rapitur ex hac vita, alter post
 lapsum. Jam vero cur uni detur gratia
 congrua, non alteri; cur Deus unum ra-
 piat ex hac vita, dum est in statu gratia,
 alterum non rapiat, nisi postquam peccato
 gratiam amisit, respondere non possu-
 mus, nisi recurrendo ad insuratabilia Dei
 iudicia, exclamando cum Apostolo: O ab-
titudo p!

* §. Tertius.

Utrum fideles peccatores
 etiam obdurati et exoccati ha-
 beant gratiam sufficientem ad conver-
 sionem? *

Questio hui non est, an auxilium
 gratia omnibus peccatoribus omni tempore
 et momento detur ad conversionem: cer-
 tum est enim, etsi huiusmodi auxilium nul-
 li desit pro loco et tempore, non tamen ad-
 esse omnibus momentis: sed questio est,
 utrum pro loco et tempore, praesertim cum
 urget proceptum, detur fidelibus pecca-
 toribus quibuscumque gratia saltem me-
 diate sufficientem, tum ut nova peccata ca-
 veant, tum ut a veteribus resipiscant.

Jansenius passim libris de grat.
 Christi, gratiam sufficientem sensu Catho-
 licorum intelletam fidelibus omnibus pec-
 catoribus, sive obduratis, sive etiam non-
 dum obduratis adimit; idque coherentem

211.

* vid. Inf. Emerit. Theol.
 Emerit. 112 a n. 190. et seq.

* Hinc referri possunt
 ea, quae supra in
 Trait. de Deo part.
 i. c. 6. §. 7. num. 241.
 et seq. Stabilivimus
 de voluntate Dei sal-
 vandi omnes homi-
 nes p.

1007

6.

25

220. ad sua principia. Namque iuxta ipsum, lo-
* id est comparatè la relative* vitrix gratie Delectatio Suffi-
ad contraria con- uentes voluntati vires tribuit ad bonum:
cupiscentia Delec- cum ergo ista Delectatio peccatoribus non
tationem. conidatur, nec parò sequitur ipsis grati-
am verè sufficientem non concedi.

Quidam Theologi arbitrantur ma-
gnos illos peccatores, qui vulgò iuxta Scriptu-
ra phrasim obdurati et exoccati dicuntur,
omni prorsus gratia interioris auxilio desti-
tuti in poenam precedentium facinororum.
Communis tamen Theologorum ceterorum
sermè omnium sententia est, fidelibus
omnibus peccatoribus etiam obduratis et
exoccatis pro loco et tempore concedi gra-
tias saltem mediatè sufficientes, tum ut à
novis peccatis absterneant, tum ut à veteri-
bus emergere possint.

Nos pro nostrà ergò controversias
Schola disputationi ab Eclesià relicta indif-
ferentia hanc quoque Scholasticus aliquan-
dam ultro permittimus, ex iis tamen, que
non pro fidei dogmate in medium prolatum
sumus, argumentis, non obscure innui vide-
tur, etiam fidelibus peccatoribus indu-
ratis non desse saltem mediatè sufficien-
tes gratias ad suam conversionem. It ergò

212.

Conclusio.

Fidelibus peccatoribus datur pro
loco et tempore gratia sufficientis ad con-
versionem.

Prob. 1.º ex S. Scriptura. Ezechiel.
33. Dicit Dominus, nolo mortem impii, sed
ut convertatur impius à vià suà et vivat.

Rom. 2. An divitias bonitatis ejus s. Dei et
patientie et longanimitatis contemnis? Igno-
ras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam

te adducit? Secundum autem dicitur tu-^{221.}
am et impenitens cor thesaurizas tibi iram
in die ira et revelationis justi iudicii Dei.

2. Pet. 3. De Deo dicitur; Nolens aliquos peri-
re, sed omnes ad poenitentiam revesti.

Act. 7. Dura cervicis et incurvatis cordibus
et auribus, vos semper Spiritui Sancto resisti-
tis.

Certè vana forent ei invidiosa ad-
hortationes et imprecationes illae, si Deus fi-
delibus peccatoribus non concederet grati-
am, quâ saltem remotè possent à pecca-
to per veram poenitentiam resurgere.

His accedunt ea testimonia, quae
effusam Dei in omnes homines clementiam
ac beneficam voluntatem ostendunt. i. ad
Tim. 2. Vult omnes homines /: ergo etiam et
peccatores: / salvos fieri, et ad agnitionem
veritatis venire. 1b. c. 4. Qui est Salvator
omnium hominum, maxime fidelium.

i. Joan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis
nostris, non solum autem pro nostris, sed
etiam totius mundi. Non est, quod hinc
immoremur in urgendis his testimoniis,
de quibus abundè dictum ubi de voluntate
Dei ergà salutem omnium hominum: unum
hinc observasse sufficiat, Deum dare om-
nibus, unde possint salvari, si velint.

Prob. 2. ex Concilio Valentino III. * an. 855. Al 7
Can. 2. ubi dicitur, malos non idè perire,
quia boni esse non potuerunt, sed quia bo-
ni esse noluerunt, id universaliter ve-
rum non esset, si mali non auiperent gra-
tiam, per quam possent vitare pecca-
tum.

Senonensi an. 1528. Decreto 15. sic
habet: Neque tamen tanta gratis ne-
cessitas libero prejudicat arbitrio, cum

222. ibā semper sit in promptu, nec momentum
quidem pretereat, in quo Deus non stet ad
ostium et pulset.

Tridentinō, Sess. 6. De Justif. c. ii.
Deus, inquit, impossibilia non jubet, sed
jubendo monet et facere quod possis, et rete-
re, quod non possis, et adjuvat, ut possis: que
cum generatione pronuntiat Concilium,
etiam de peccatoribus sunt intelligenda.

Prob. 3^o ex S. Patribus, præsertim
ex S. Augustinō pluribus in locis. lib. 3. De
lib. arb. c. 19. Nulli homini, inquit, abla-
tum est sive utiliter querere, quod im-
tiliter ignoratur, et humiliter confiten-
dam esse imbecillitatem, ut querenti et
confitenti ille subveniat, qui nec errat,
diu subvenit, nec laborat. Enava-

tione 2. in Psal. 58. Si nolis, inquit, curari
vulnus tuum, admonet ut curans; et aver-
sum revocat, et refugientem quodammodo
ad se redire compellit et attrahit. In om-
nibus implet, quod dictum est, Miserior
dia ejus preveniet me.

Prob. 4^{to} autoritate et præxi
Ecclesia, quæ cum omnibus adultis nullo
excepto præcipiat, ut semel quot annis Sa-
cramentum penitentiae suscipiant cum ve-
râ contritione; immo et Eucharistiam, quæ
gratia statum erigit; supponit omnes et
singulos fideles, adeoque et peccatores quos-
cumque posse se convertere ad Deum, ideo-
que auferere gratiam sufficientem, sine
quâ impossibilis est conversio.

Prob. 5^o ratione. 1^o Deus impossi-
bilia non præcipit. Mandatum, quod ego
tibi præcipio, non supra te est, inquit Deus

Deut. 30. Et Matth. ii. Jugum meum leve 223.
est, et onus meum leve. p. vii. dicta. s. 2. At
qui impossibilia praeiperet, si hominibus,
etiam quantumcumque peccatoribus, pro loco
et tempore, urgente sibi et praecepto, non
tribueret gratiam sufficientem: pleraque
enim praecepta sine gratia omnino sunt im-
possibilia, etiam quoad substantiam, ni-
mirum ea, quae sunt ordinis hypernaturalis;
et ea etiam, quae ex ordine naturali graves
habent amenas difficultates superandas. Ergo.
2^o. Nemo peccat in eo, quod vitare nullo mo-
do potest. Atqui certum est peccatores, cum
perverse agunt contra legem Dei, ita peccare,
ut facinora ipsis culpa deputentur. Ergo non
deest ipsis gratia saltem remota, sine qua
non possent eadem praecepta implere. Ita S.
Augustinus, lib. 3. De lib. arb. c. 18. et ig. lib. 1. De
peccat. merit. et remis. c. 35. Item lib. 5. cont.
Julian. c. 3. et lib. 1. Oper. imperf. cont. eund.

3^o. Nemo in hac vita debet de sua salute
desperare: alioqui violaret praeceptum Spei,
quod omnes viatores semper obligat. Atqui
peccator de ea desperare deberet, si ei gra-
tia sufficiens, ad cavenda peccata et à veteri-
bus resipiscendum necessaria, denegata esset.
Ergo.

Quae hic objici possent, vel soluta 213.
jam sunt duobus precedentibus S.S. vel ob-
duratos peccatores spectant, quos aliqui The-
ologi Catholici, prout initio annotavimus,
omni gratia interioris auxilio in poenam prae-
cedentium peccatorum destitui contra com-
muniorem ceterorum sententiam contendunt.
Quibuscum tamen pro nostra, ut diximus, circa
hujusmodi controversias Scholae libertati relin-
tas indifferentia, manus hanc conserimus.

J * Vid. inf. Enchir. Theol. 224.
Enchir. ii. n. 190. et seq. 244.

G * Vide etiam ea, que
in Tract. de Des. loc.
sup. S. precedenti
ut. à nobis dicta
sunt.

106

* S. Quartus.
Utrum Infidelibus omnibus
Detur gratia Sufficientis ad Salu-
tem*.

Jansenius, lib. 3. De grat. Ch. c. ii. In-
Fidelibus omnibus Denegari gratiam Suffici-
entem contendit; atque ex officina Semipela-
granorum conquistam aperit gratiam, quam
vulgò putant Theologi in Infideles diffundi.
contra ipsum sit

215.

Conclusio.

Infidelibus omnibus, etiam iis, qui
nihil unquam audierunt de rebus fidei, da-
tur pro loco et tempore gratia Sufficientis
ad salutem.

Prob. 1.º Ex Scripturis. Sap. ii. Misere-
ris omnium, quia omnia potes, et dissimulas
peccata hominum propter poenitentiam. Dili-
giserim omnia, quæ sunt, et nihil odisti eo-
rum quæ feisti.... paris autem omnibus,
quoniam tua sunt, Domine, qui amas ani-
mas. Certe si Deus miseretur omnium, si
parit omnibus, quia sunt ejus creature, si
amat omnes animas; et dat omnibus omnia
media Sufficientia ad salutem.

1.º Tim. 2. Obsecro igitur primum om-
nium, fieri obsecrationes, orationes... pro omnibus
hominibus.... Hoc enim bonum est et accep-
tum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes
homines vult salvos fieri, et ad agnitionem
veritatis venire. Unus enim Deus, et unus me-
diator Dei et hominum homo Christus Jesus,
qui dedit redemptionem semetipsum pro
omnibus. Ergo ex Apostolo Deus vult om-
nes homines salvos fieri, et ad agnitionem
veritatis venire, quia est Deus omnium, et

Christus pro omnibus mortuus est: Sed et est ^{225.}
Deus omnium absolute, etiam infidelium, et
Christus mortuus est pro omnibus omnino
hominibus etiam infidelibus: nam mortuus
est pro omnibus, qui inquinati sunt peccato
originali, ut testatur idem Apostolus, 2. Cor.
i. 5. Haec autem voluntas est affectus prose-
cutious, vi cuius Deus merita ad rei intentam
consecutionem idonea adhibet. Nam si haec
voluntas esset tantum sterilis ac simplex com-
placencia, Apostolus non diceret orandum
esse pro omnibus, quia Deus vult omnes sal-
vos fieri; dici enim recte non potest, oran-
dum esse pro demonibus, quia Deus habet
simplicem ac sterilem complacenciam circa
illorum salutem secundum se precise consi-
deratam.

Huc refer etiam textus ex Scripturis
S. precedenti adductos, ut qui aequè pro Infi-
delibus pugnent ac pro peccatoribus.

Eccl. 2. 10. ex SS. Patribus. S. Chrysosto-
mus Hom. 7. in Joann. Si illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum, quo-
nam pacto tot homines sine lumine perma-
nent? Neque enim omnes Christum cognos-
cunt. Quomodo ergo illuminat omnem homi-
nem? Illuminat profecto quantum in ipso
est. Si quis autem sponte sua, mentis oculis
conviventibus, ad huius lucis radios auiem di-
rigere noluerint, non ex luminis natura in
tenebris perstiterunt, sed malitia sua, qui
sponte tanto se dono indignos reddiderunt.
Nam gratia in omnes diffusa est.... qui au-
tem ejus munere frui negligunt, hanc suam
coecitatem sibi ipsis impitent.

S. Ambrosius, in Psal. 118. Conc. 8.
Mysticus sol ille justitiae omnibus ortus

226. est, omnibus venit, omnibus passus est, et omni-
bus resurrexit. . . . Si quis autem non credit in Chris-
tum, generali beneficio ipse se fraudat: ut si
quis, clausis fenestris, radios Solis excludat, non
ideo Sol non ortus est omnibus, quia calore
ejus ipse se fraudavit: Sed quod Solis est, prae-
rogativam suam lenat: quod imprudentis
est, communis à se gratiam huius excludit.

S. Augustinus, in Psal. 18. ad haec ver-
ba: Non est qui se abscondat à calore ejus, si
habet: Non permisit ulum mortalium ex-
curare se de umbrâ mortis, et ipsam enim pe-
netravit verbi calor.

S. Prosper, sive auctor librorum de
vocat. gent. lib. 2. c. 5. Adhibita semper est
universis hominibus quaedam superna men-
tura doctrina, quae etsi parioris occultioris-
que gratiae fuit, sufficit tamen, hinc Do-
minus iudicavit, quibusdam ad remedium,
omnibus ad testimonium. Eadem ino cla-
riora adhuc habet, c. 14. 26. et 31.

Prob. 30 auctoritate Summorum Con-
tificationum Alexandri VIII. à quo an. 1690. Dam-
nata est haec propositio: Bayani, Iudaei, Ha-
retici, aliisque huius generis nullum omnino
accipiunt à Jesu Christo influxum: adeoque
hinc recte inferes in illis esse voluntatem nu-
dam et inermem sine omni gratiâ suffi-
ciente. Et Clementis XI. qui istas pari-
ter proscripsit Quenelli propositiones: 26. Nulla dantur gratia nisi per fidem. 27. Fi-
des est prima gratia, et fons omnium alia-
rum. 29. Extra Ecclesiam nulla conceditur
gratia. Ex quibus censuris manifestè erui-
tur, gratiam à Deo illis concedi, qui fidem
non habent, et in Ecclesia sibi non conti-
nentur.

Prim. R. K. K.
pag. 107.

Prob. 4^o. momentis Theologicis. 1^o 227.

Deus vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. prout in Tract. De Deo, loc. sup. cit. ostendimus. 2^o. Prout etiam ibid. demonstravimus, Christus dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. 3^o. In eademmodum S. praecedenti annotavimus, Deus impossibilia non jubet. Nec 4^{to}. quis peccat in eo, quod vitare non potest. 5^o. Infidelibus merito imputatur in culpam, quando mandata Dei cum advertentia transgrediuntur. Ex duobus primis, voluntate Dei scilicet, et morte Christi pro salute omnium, manifestè sequitur in omnes homines etiam infideles derivari aliquod gratiae interioris auxilium, sine quo, nequidem remotè, tum ad agnitionem veritatis, tum ad salutem pervenire possent. Idem clarè colligitur ex tribus posterioribus momentis: gratia enim necessaria est, ut mandata impleri possint, eorumque transgressio in culpam justè ac merito imputari possit. Ita per se constat, et disertè tradunt SS. Augustinus, et Prosper locis mox laudatis.

Solvuntur Objectiones. 210.

Ob. 1^o Act. 14. et 17. Dicitur Deus dimisisse in praeteritis generationibus omnes gentes ingredi vias suas, et deserpisse illa tempora. Ergo carere gratiâ sufficiente p.

Resp. neg. cons. Sensus textus Act. 14. et 17. est, quod Deus ante Christi adventum permiserit longè plura crimina, et perditionem longè plurimum hominum, atque multò pauciora ac minorâ auxilia gratiae

228. Suppeditavit: item quod Gentilibus non dedit legem scriptam, nec ad eos miserit prophetas, qui eos viam salutis docerent, imò quod nullam gratiam efficacem nec proximè sufficientem præbuerit Gentilibus idololatriis, saltem regulariter et ordinariè. Quamvis tamen tunc eis non denegaverit auxilium remotè sufficientem ad salutem, quo scilicet poterant non ponere obviam fidei, non peccando graviter contra legem naturalem. Et verò Apostolus, c. 17. asserit gentes illis ignorantia temporibus potuisse Deum querere et invenire: quod sane non potuerunt sine gratiâ sufficienti. Dulce Deus ante Christi adventum Gentiles non dimisit seu deseruit absolutè, sed comparatè ad Judæos, et Christianos. Ita docet auctor librorum de vocat. gent. l. 2. c. 4. et c. 25.

217. Ob. 2^o. Idem ad Ephes. c. 2. Gratis illo in tempore sine Christo, alienati à conversatione Israël, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. Ergo Ephesii ante conversionem suam carebant omni gratiâ sufficienti. Ergo p.

Resp. neg. cons. Nam infideles illi rectè dicuntur sine Deo, sine Christo, et sine spe promissionis fuisse, quia neque legem scriptam, neque promissionem receperant, ut Judæi, et Christum ejusque mysteria ignorabant, et sic carebant gratiâ ad salutem proximè sufficientibus. At inde non sequitur eos caruisse gratiâ ad salutem, scilicet remotè sufficientibus, quarum ope Deum ut autorem

229. — 108. 21
naturæ cognoscere, et legem naturalem
servare potuerunt: quam si servassent, ac-
cepissent gratias ulteriores proximè suffi-
cientes.

Ob. 3^o Act. 16. Paulus prohibitus 218.
fuit à Spiritu Sancto, ne Evangelium in
Asiâ predicaret. Ergo.

Resp. neg. cons. Quia ex antea-
dente sequitur tantum Asianos ante præ-
dicationem Pauli caruisse gratiâ pro-
ximè sufficienti ad amplectendam fidem
Christianam, at nihilominus habuerunt
pro loco et tempore gratiam remotè suf-
ficientem, quam secuta est proximè suf-
ficiens, cum videlicet postmodum in Asiâ
predicavit, multosque ad fidem conver-
tit, ubi non prohibitus fuit unquam prædi-
care, sed tantum ne ibi predicaret, nisi post-
quam in Macedonia Christum predicasset.

Ob. 4^{ta} Conc. Trid. Sess. 6. c. 3. ait: 219.
Verum etsi idem Christus: pro omnibus mor-
tuis est, non omnes tamen mortis ejus bene-
ficium recipiunt, sed ii duntaxat, quibus
meritum passionis ejus communicatur.
atque si omnes auferent gratias sufficien-
tes, omnibus communicaretur meritum
passionis Christi: nam nulla gratia datur
hominibus nisi ex meritis passionis Christi.
Ergo.

Resp. Dist. min. atque p. omnibus
communicaretur meritum passionis Christi
remotè et imperfectè, conc. completè et
perfectè, neg. min. Concilium Tridenti-
num hic per beneficium mortis Christi in-
teligit, non quodlibet beneficium seu
auxilium datum ex meritis mortis Christi

230. Sed solum beneficium mortis Christi completum in hac vita per justificationem, seu ipsam actualem redemptionem, qua fit in hac vita per liberationem à peccato, et per gratiam sanctificantem, uno verbo intelligit beneficium justificationis, ut constat ex toto illo capite, ubi agitur de iis, qui per Christum justificantur, ut fere titulus, et ex scopo illius, et ex ratione quam affert Concilium: Nam, inquit, nisi in Christo renascerentur, nunquam justificarentur; cum ea renascentia per meritum passionis eius gratia, quâ justifiunt, illis tribuatur. At præter hoc beneficium completum in hac vita, dantur ex meritis Christi alia beneficia salutis remota et imperfecta, nempe auxilia gratia, quibus potest non poni impedimentum aliis auxiliis gratia proximè disponentibus ad justificationem et salutem.

220. Ob. 5^{to}. Ex eodem consilio fides in Christum est humana salutis initium, et radix omnis justificationis. Ergo sine illa nulla potest haberi gratia sufficiens ad salutem, ne quidem remota.

Resp. neg. cons. Ideo fides dicitur humana salutis initium, quia instant est prima dispositio proxima ad justificationem, et ad ceteras impedit ac requiritur, non verò quia est prima gratia, eam quippe præcedit gratia sufficiens, quæ fides inchoata diu potest.

221. Ob. 6^{to}. S. Augustinus variis locis negare videtur, gratiam sufficientem dari infidelibus. 1^o in Epistol. 136. De iis ait: Quando illos videmus, et tam steriles eos invenimus, ut difficile nobis appareat in eis aliquid, unde

231.
Iui possint ad fidem rectam, vel ad bona ope-
ra, vel ad spem futuri saeculi. Et infra addit,
quod nullum fructum faciant, quod non sapient p.

2^o lib. de grat. et lib. arb. c. 13. dicit, quod
gratia non omnibus datur. Gratia vero, ait
per fidem Iesu Christi eorum tantummodo
est, quorum est ipsa fides. 3^o Ep. 214.

ad Vitalem de gratia Dei ait: Scimus non om-
nibus hominibus dari. 4^o Serm. 26.

edit. nova ait: communis est omnibus natu-
ra, non gratia. Ergo p.

Resp. neg. ant. ad innum S. Augus-
tini tentum Resp. S. Doctor tantum dicit, ut
difficile nobis appareat, quod non est asse-
rentis, infideles carere omni gratia, qua-
cum ad fidem pervenire possint. Quod au-
tem infra addit, probat solum infideles illos,
de quibus loquitur, carere gratia efficaci.
Et vero lib. de Spiritu et Litt. c. 33. dicit, in-
fideles expecturos esse in supplicis potesta-
tem eius, cujus in donis misericordiam con-
temperunt. Ergo ex S. Augustino infide-
les Dei dona ad salutem misericorditer
acceperunt.

Ad 2^{um} Ibi loquitur
de gratia efficaci, quam obtinetur justi-
ficatio, ut patet ex contextu. Quod etiam
verum est de gratia proximè sufficiente
ad salutem.

Ad 3^{um} loquitur hic
de gratia habituali ut patet ex antee-
dentibus, et ex his verbis sequentibus: Et
quibus datur non solum secundum merita
operum non dari, sed nec secundum merita
voluntatis eorum, quibus datur, quod ma-
ximè apparet in parvulis. ubi manifestè lo-
quitur de gratia quae datur etiam parvulis.
At parvuli non sunt capaces gratiae ei-

109

3

232. tualis, sed solum habitualis. Ad q^{tu}m Ibi
etiam loquitur de gratia habituali seu sanc-
tificante; et hoc quoque verum est de gra-
tia actuali tum efficaci, tum proxime suffi-
ciente.

Inst. S. Augustinus aperit gratiam
efficacem non omnibus dari, ut appareat,
eam nemini deberi, sed esse donum merè gra-
tuitum. Ergo etiam sensit, gratiam suffi-
cientem non dari omnibus, ut appareat nulli
deberi, et quibus datur, gratuito dari.

Resp. neg. cons. Nam per hoc non af-
fert omnem et solam rationem sufficientem,
cur gratia efficax non omnibus detur, nec
dicit, quod, ut gratia appareat esse donum
gratuitum, requiratur, ut non detur omni-
bus. Gratiam quippe efficacem nulli debi-
tam esse, apparet etiam sufficienter ex eo,
quod detur indignis, ut ipsemet docet, lib. de
Dono per se. c. 12. ubi ait: Dando quibusdam
quod non merentur, profectò gratuitam, et
per hoc veram suam gratiam esse voluit. Ergo
ex S. Augustino, ut gratia efficax appareat esse
donum merè gratuitum, necesse non est, ut
non detur omnibus. Idem dicendum de gra-
tia sufficiente.

— 222. Ob. 4^{to} S. Prosper, in resp. 4. ad capi-
tula gallicorum, aperit, non omnes vocari ad fi-
dem, nec proinde ad salutem. Ergo.

Resp. neg. ant. Solum vult non om-
nes vocari vocatione proxime sufficiente, nec
omnibus evangelium annuntiari. Item do-
cet Deum non velle equaliter salutem om-
nium hominum, nec omnibus dare equalem
gratiarum mensuram. Sed non negat omni-
bus dari gratiam saltem remotè sufficientem,
imò id docet in eodem opere, asserendo Deum

curare salutem omnium hominum, et nemi-^{233.}
nem carere fide nisi sua culpa.

Ob. 8.^o Error fuit Semipelagianorum 223.
admittere gratiam quamdam generalem omni-
bus oblatam, prout eorum doctrinam exponit
S. Prosper in sua ad S. Augustinum Epistola. Ergo.

Resp. neg. ant. Error Semipelagianorum
non fuit in eo, quod senserint gratiam
sufficientem ~~gratiam sufficientem~~ omnibus
offerri; sed in eo, quod velent ipsam fidem
generaliter omnibus ex parte Dei offerri, ut
illam, quicumque vellet, consequeretur ex
sola natura viribus; quos proinde explodit
S. Prosper.

Ob. 9.^o Si gratia sufficiens daretur 224.
omnibus, esset communis omnibus. Ergo non
esset gratia.

Resp. neg. cons. Nam, ut id, quod commu-
ne est omnibus, sit gratia, sufficit, quod non
sit debitum, et non datur omnibus nisi gratis
et ex mera misericordia, aut liberalitate, ut
patet in gratia data omnibus Angelis in sua
creationis instanti. Gratia autem sufficiens
nemini debetur, et omnibus gratis atque ex
mera misericordia datur: idque sufficienter
apparet, cum datur indignis, omnes enim ho-
mines ob peccatum originale indigni sunt
omni beneficio divino.

Ob. 10.^o Infideles, qui nihil unquam 225.
audiverunt de Christo, nullam accipiunt gra-
tiam ad fidem, nec proinde ad salutem asse-
quendam. Ergo.

Resp. neg. ant. Infideles omnes nam-
que ex meritis Christi accipiunt gratias remo-
te sufficientes ad fidem et salutem consequen-
dam, quibus si cooperarentur, acciperent alias
proxime sufficientes. Nam infideles omnes

100. 4.

234. ex meritis Christi accipiunt auxilia gratiae, quibus
possumt non ponere impedimentum
vocationi ad fidem: quod si non apponerent,
servando legem naturalem quantum possumt,
profecto vocarentur, et instruerentur, vel
per homines Deo ita disponente sine mira-
culo, vel ministerio Angelorum, vel per illus-
trationem internam à Deo immediate im-
pressam. Quod non esset miraculum, sed effec-
tus providentiae supernaturalis. Deus enim
paratus est ad vocandos et illustrandos omnes
lumine fidei.

Inst. 1^o fides, juxta Apostolum Rom. 10.
est ex solo auditu. Ergo infideles, qui nihil un-
quam audierunt de Christo, ad eam non possunt
venire, adeoque non habent ad id gratiam suffi-
cientem. Resp. Dist. ant. Secundum legem Dei
ordinariam fides est ex auditu, conc. Secun-
dum legem Dei extraordinariam, neg. ant.
Sensus ergo Apostolici textus est, quod secun-
dum legem Dei ordinariam non habeatur fi-
des sine auditu, et sine homine predicante:
non autem, quod nunquam aliter haberi
possit, ut notat S. Augustinus, lib. De Dono
peper. c. 19. ubi dicit: Baruissimis esse dona-
tum, ut nudo sibi homine predicante, per
ipsum Deum, vel per Angelos coelorum doctri-
nam salutis accipiant. Præterea si Deus ne-
minem nisi per hominem instruere decrevisset,
aliquem efficaciter exiitaret ad tradendam
salutis doctrinam infidelibus, si vocationi
fidei impedimentum non apponerent.

Inst. 2^o. S. Augustinus variis in locis
ait, fidem esse primam gratiam, ut, præter ea,
quæ supra ex ipso attulimus, patet ex Ep. ad Vita-
lem, ubi ait initium fidei esse initium bonæ
voluntatis. Et Tract. 3. in Joann. ait: Hanc
accepit primam gratiam nempe fidem et

remissionem peccatorum. Ergo p.

235.

Resp. neg. ant. Solim dicit S. Augustinus, quod fides sit prima, ex qua impetrantur cetera, quae ad justificationem proximè disponunt, et quibus opera vitae aeternae meritoria fiunt. ut lib. de pedest. Sanct. c. 7. Fides autem est initium salutis proximè et radix justificationis, quia primum locum tenet inter bonos illos actus, qui proximè disponunt ad justificationem, et ad illos impedit. Et verò multi Infideles vocati sunt ad fidem, qui tamen non crediderunt, et qui, ut ait S. Augustinus, exertur sunt potestatem ejus in suppliciis, cujus in donis misericordiam contempserunt.

In citatâ Ep. ad Vitalem Solim vult contra Pelagianos, vel potius contra Semi-pelagianos, initium fidei proficisci à piâ voluntate credendi, quae sit donum Dei et effectus gratiae. Et Tratt. 3. in Joan. fidem gratiam primam vocat non absolute, sed comparatè ad gloriam. Nempe ibi comparat fidem cum gloriâ; utramque dicit gratiam esse, sed primam sine nostris meritis dari, posteriorem verò, nimirum gloriam quamvis partam meritis, esse etiam gratiam, quatenus acquiritur per fidem prius gratis acceptam, et per alia bona opera ex gratiâ gratis datâ profecta.

Ob. 3. Si Infideles habent gratias sufficientes ad servandam legem naturalem, possunt in illo statu amare Deum super omnia propter se. Falsum consequ. alioqui possent justificari et salvari si-

236. ne fide in Christum. Ergo etiam unde hoc sequitur.

Resp. neg. seq. maj. Quia infideles non habent gratias proximè sufficientes ad observandum primum et maximum de charitate mandatum. Infideles igitur, quamvis sunt in statu infidelitatis, habent quidem gratias sufficientes ad cognoscendum Deum per creaturas, ad illum adorandum, et rogandum media salutis, et ad servanda alia precepta legis naturalis, proter charitatis Dei mandatum. At non habent in isto statu gratias proximè sufficientes ad amandum Deum Super omnia propter se, quia Deus decrevit, neminem excitare et adjuvare ad actum charitatis perfectæ, nisi post elicitam fidem explicitam mysteriorum Trinitatis et Incarnationis. Ad hoc tamen habent gratias remotè sufficientes, quatenus habent gratias sufficientes ad alia precepta in hoc statu servanda: quasi servarent, misericorditer vocarentur et excitarentur ad fidem, quam si elicerent, postea excitarentur à Deo ad actus spei et charitatis eliciendos.

227. Ob. 12^{mo} Explicari non potest in quo precise consistat gratia sufficientis Infidelibus concepta. Ergo non datur.

Resp. 1^o neg. cons. Nunquid negandum est, quod est apertum, inquit S. Augustinus alibi citatus, quia latet, quod est occultum? Certè plurima sunt etiam in naturalibus, quorum quò evidentior est existentia, eò abstrusior est essentia. ρ .

Resp. 2^o neg. ant. Et dicimus auxilium idem gratia sufficientis consistere

5. III.

in Supernaturali illustratione mentis, ^{237.}
et motione voluntatis, quibus infideles illus-
trantur, evitantur, et adjuvantur ad ser-
vandam legem naturalem. Haec autem illus-
tratio, praeter honestatem virtutis et turpi-
tudinem vitii, proponit illis Deum rerum
omnium conditorem, optimum, Sapientif-
simum, potentissimum, ac supremum Do-
minum, rectorem atque provisorem cre-
aturarum omnium, praesertim rationa-
lium, ultorem scelerum seu actionum
naturae rationali dissentanearum, et re-
muneratorem bonorum operum, colen-
dum. Quae omnia quidem cognoscunt
per effectus creatos, sed mediante illustra-
tione Supernaturali.

Iust. Ex his sequitur, infidelitatem
negativam, quae scilicet laborant in,
qui nil unquam audierunt de Christo, esse
voluntariam saltem indirectam, nempe in
voluntaria violatione legis naturalis;
ideoque esse peccatum illis imputabile.
falsum conseq. Ergo.

Resp. neg. seq. maj. Inia, ut aliquid
sit voluntarium, quamvis indirectam tan-
tum et in alio, non sufficit, quod sequatur
ex illo; sed insuper requiritur, ut cognos-
catur vel cognosci possit sequi ex illo: alio-
qui enim non est voluntarium ut con-
venum cum illo, sed ut sequens ex illo:
nam quod unquam cognoscitur, nec co-
gnosci potest, unquam est voluntarium.
Atque Infideles, qui nil unquam de rebus
fidei audierunt, non cognoscunt, nec co-
gnoscere possunt carentiam fidei Chris-

238. tiane sequi ex violatione legis naturalis; sed inevitabiliter ignorant se suis peccatis infidelitati causam dare. Ergo infidelitas, seu carentia fidei nullatenus est illis voluntaria, ne indirectè quidem, proindeque illis imputari non potest ad culpam personalem.

128. ob. 13^{to} Saltem Deus nulla salutis media dat parvulis Infidelium sine Baptismo morientibus. Ergo.

Resp. neg. ant. Nam Christus pro illis omnibus mortuus est, et Baptismum instituit ex voluntate sincerà licet inefficaci, ut omnibus applicaretur; et eorum parentibus, vel iis, ad quos cura eorum pertinet, dat media sufficientia saltem remotè ad Baptismum his parvulis procurandum: quibus si intererent, parvuli illi baptizarentur, et sic salvarentur.

Inst. 1^o Parvuli Infidelium ante adultam etatem sine Baptismo morientes, nulla salutis media accipiunt. Ergo.

Resp. Dist. ant. non accipiunt immediate, quia non possunt illa media per se ipsos adhibere, cum rationis usu careant, conc. non accipiunt mediatè in parentibus, vel aliis, ad quos cura eorum pertinet, neg. ant. Non irreligiosè arbitror, inquit Auctor librorum de vocat. gent. lib. 2. c. 23. credi... quod isti parvulorum dierum homines ad illam pertineant gratia partem, qua semper universis est impensa nationibus, quã utique si bene intererent eorum parentes, etiam ipsi per eorundem juvarentur, p. Itaque

6. WZ.

239.
infantes, qui sine Baptismo moriuntur,
pereunt quidem propter peccatum origina-
le, eoquod eis Baptismus non applicetur.
Sed Baptismus eis non confertur propter
infidelitatem, vel negligentiam, aut
malitiam parentum, vel eorum, ad quos
eorum cura pertinet, quibus Deus ex
meritis Christi dedit auxilia sufficientia
ad vitandam illam infidelitatem, vel
negligentiam, vel malitiam, ut parvu-
lis illis Baptismum procurarent.

Inst. 2^o. Parentes infideles igno-
rant vim ac necessitatem Baptismi. Er-
go non possunt illum procurare suis liberis.

Resp. Quamvis Infideles illi non
possunt in statu ignorantia procurare
Baptismum suis liberis; tamen accepe-
runt à Deo auxilia sufficientia, ut non
solum suo, sed etiam liberorum saluti
providere. Deus enim intuitu non
solum salutis propria parentum, sed
etiam suorum liberorum, quam sincere,
licet inefficaciter vult, dedit illis auxilia
sufficientia ad observandam legem na-
turalem, quam si servarent, acquirerent
gratias proximè sufficientes ad fidem
consequendam, et ad Baptismum susci-
piendum. Deinde Christiani effecti ex-
citarentur proximè ad Baptismum suis
liberis procurandum. Quae media seu
auxilia ulteriora sunt illis preparata;
sed non dantur, quia illis impedimentum
culpabiliter apponunt suis peccatis.

Inst. 3^o. Multi infantes in utero materno moriuntur, aut nati à vitâ excedunt, antequam baptizari possint, quantumcumque conantibus et festinantibus parentibus, vel aliis ad illos baptizandos. Ergo.

Resp. neg. cons. Media Sufficientia ad applicandum illis parvulis Baptismum collata sunt suo tempore parentibus, vel aliis, qui si istis mediis rectè usi fuissent, hi parvuli ante mortem baptizati fuissent. Nam Christus mortuus est pro salute omnium infantium nullo excepto: ideoque Deus vult sincerè illorum salutem, et consequenter eis ex meritis Christi supeditavit media Sufficientia ad salutem: Ibi in peccato originali: Sunt et parvuli, quia et pro ipsis Christus mortuus est: qui propterea pro omnibus mortuus est, quia omnes mortui sunt, inquit S. Augustinus, lib. 2. oper. imperf. n. 175.

Inst. 4^o. Illi infantes ex malâ suâ constitutione in utero materno moriuntur, vel nati statim decedunt sine Baptismo, quamvis parentes faciant quod possunt, ut eis Baptismum procurant. Ergo.

Resp. Impotentia illa procurandi parvulis istis Baptismi oritur ex aliquâ culpâ eam antecedente: ad quam culpam vitandam Deus dedit media Sufficientia ex intentione, ut Baptismus parvulis illis applicaretur. Si ex intemperantia, vel aliâ culpâ, aut negligenter

244.
tia parentum vel avorum, aut aliorum
hominum peccato, puta percussione matris,
infantes in utero maternò moriuntur, aut
tam infirmi nascuntur, ut statim nati
excedant. Quare parentes tùm, cùm
faciunt, quòd in se est, ad procurandum
suis liberis Baptismum non accipiunt
quidem gratias sufficientes ad applican-
dum eis Baptismum, sed antea suscep-
erunt gratias ad illam impotentiam et ejus
causam avertendam sufficientes.

Inst. 5.º S. Augustinus carentiam
Baptismi illorum parvulorum non adscri-
bit culpam parentum. Ergo.

Resp. S. Doctor solum vult, culpam
parentum non esse causam, cur Deus non
habeat voluntatem efficacem Baptismi et
salutis illorum parvulorum; quia non obs-
tante tali culpa, potest velle efficaciter
illos baptizari, et si efficaciter vellet, ve-
rè baptizarentur.

Bonò etiam responderi potest,
media aliqua, licet nobis occulta ad ap-
plicandum infantibus istis Baptismum
esse preparata ex meritis Christi; sed non
fuisse re ipsa collata ex defectu causarum
secundarum, quarum ordinem Deus aver-
tere non tenetur, nec defectus impedire. Ne-
que enim Deus miraculum facere tenetur, eti-
am ex hypothese voluntatis sincere, sed
inefficacis et conditionate, ut baptismus
eis conferatur: nempe voluntas Divina
generalis salvandi omnes omnino homines
in executione pendet à generalibus Provi-

W3. 7
* vid. in Tract. de
Deo. part. i. c. 6.
S. 4.

I

242. Sentio legibus.

229.

Ob. 14^{to}. Iudaei nullas habuerunt gratias sufficientes ad salutem. Ergo multo minus habent Infideles.

Resp. neg. ant. Nam Iudaeis gratia sufficiens ad legem implendam et salutem consequendam dabatur ex meritis Christi venturi absolute preuisis, ut constat ex Isai. c. 5. Quid est, quod debui ultra facere vineae meae, et non feci? An quod expectavi, ut faceret uvas, et fecit labruscos. Et Matth. 23. Jerusalem quoties volui congregare filios tuos, et noluisti. p. p.

Iust. Lex nova dicitur et est lex gratia. Ergo Iudaeis nulla dabatur gratia.

Resp. Neg. cons. Nam lex nova dicitur et est Lex gratia, non quod nulla daretur gratia in veteri lege, in qua constat multos fuisse Sanctos; sed quia Lex nova per se et ratione sua dat gratiam, nempe per sua Sacramenta gratiam conferentia ex opere operato; et quia in lege nova propter exhibita merita Christi eius auctoris longe uberiores et potentiores mune conferuntur gratia: cum contra Lex vetus per se et ratione sua nullam conferret gratiam conferret, nec Iudaei justificarentur per legem, aut ex virtute legis, sed ex fide in Christum Mediatorem venturum tanquam dispositione ad iustitiam misericorditer consequendam. vide dicta Tom. i. Theologia nostra. Tract. 3. De Eucharistia. c. i. §. 2. conclus. 2. ~~per se et ratione sua~~

Sectio Tertia
De gratiâ efficaci.

243.
230.

Gratia efficax, prout cap. i. hujus
Tractatus annotavimus, est ea, quâcum
voluntas potest operari et infallibiliter
operatura est, si datur. Sive est ea, que
est infallibiliter connexa cum effectu ad
quem datur, adeoque que non solum
potest exprimere voluntatis consensum,
sed et illum semper certo et infallibiliter
exprimit et obtinet. Hanc existere
fide constat, omnesque sive Hetero-
doxi sive Catholici fatentur; eamque
manifestè evincunt innumera penè tum
Scripturæ tum Traditionis testimonia.
Ezechiel. 36. v. 26. et 27. Sic ait Deus: Au-
feram cor lapideum de carne vestra, et dabo
obis cor carneum, Spiritum meum ponam
in medio vestri, et faciam ut in præceptis
meis ambuletis. Philipp. 2. Deus est, qui
operatur in vobis velle et perficere. Et
S. Augustinus, lib. de prædest. SS: c. 8. ubi sic
habet: Hæc gratia à nullo duro corde respui-
tur: idcirco quippe tribuitur, ut cordis duri-
tia primitus auferatur. Quæ verba de
una gratiâ efficaci intelligi possunt.

Et verò supremum ens, supremam
habet et omnipotentissimam humanorum
cordium, quæ voluerit inclinandum po-
testatem: ea autem sic inflectit et incli-
nat ope gratiæ efficaciæ. Ergo p.

Quamvis igitur omnes gratiæ effi-
caciæ existentiam ultro admittant, tamen
circa illius essentiam, seu in quo ipsa con-
sistat, tum Heterodoxos inter et Catho-

244. cios, tum inter hos ipsos magna vigent con-
troverſia; quas Inobus duntaxat SS.
expendere animus est, atque in primo Ca-
tholicorum opiniones referemus ac refelle-
mus. In ſecondo Catholicorum ſenten-
tias recenſebimus.

231.

§. Primus

Referuntur ac refelluntur
A Catholicorum opiniones circa
opentiam gratia efficaci.

231. * vid. ſup. c. 2.
§. 6. pag. 28. et
ſeq.

* Lutherus in aſſertione articuli 36.
ſcribit liberum arbitrium eſſe figmentum in
rebus et titulum sine re; quia nulli est
in manu quidquam cogitare boni vel ma-
li; ſed omnia neceſſitate abſoluta eve-
nire, quemadmodum docuit Wileſus in
Conſilio Conſtantiensi damnatus. In ca-
teris, inquit, De Baptatu, De Conſiliis et In-
dulgentiis, aliisque nefariis magis feren-
da est levitas necnon ſtultitia Papae, et
ſuorum; ſed in hoc articulo De ſervitute
arbitrii, qui omnium optimus est, et re-
rum omnium ſumma, dolendum ac flen-
dum est miseris ſic inſanire. Tempe-
ravit tamen poſtmodum ſuam ſententi-
am in libro De Viſitatione Saxonica, ubi
reſtringit, quod prius docuerat, ad actio-
nes, quo ſpectant vitam eternam; ſic
enim ſcribit: Multi de libero arbitrio
indiscretè loquentur; idcirco hanc brevem
informationem adſcripsimus. Homo habet
ex propria virtute liberi arbitrii ad fa-
ciendum, vel omittendum opera externa
per legem; quapropter poſteſt ſeculare

probritatem, et bona opera facere ex propria virtute... quod autem haec libertas non se extendat ad actiones supernaturales, declarat liber, cui titulus est, Operatio- nes in Psalmos. Error est, quod liberum arbitrium habet aliquam activitatem in bonas actiones, quando de interno opere loquimur. 243.

Remittens in examine Concilii Trid. ad sess. 6. ait, dandam esse veniam Luthero, nec ibi aliud significare voluisse scribendo voluntatem se passivè habere, quam non liberè convenire; quia in libro de servitute arbitrii solam libertatem indifferentia excludit, ubi sic habet: Nec erat in manu Judae aliter facere, aut voluntatem mutare, licet fecerit involendo non coactus.

Calvinus posteriorem Lutheri sententiam amplexus est; sic enim scribit in Antidoto ad Can. 5. Sess. 6. Concilii Tridentini: De verbo ne moveas rixam; sed quia per liberum arbitrium intelligunt Episcopi Tridentini eligendi facultatem in utramque partem liberam et solutam: titulum sine re esse qui affirmant, Christum habent auctorem. Et lib. 2. Instit. c. 2. Voluntatem gratia movet, non qualiter multis saeculis traditum est et creditum, ut nostra postea sit electionis motioni obtemperare aut refragari. Atque juxta hanc Calvinii doctrinam scribit ejus discipulus Joannes Scarpinus lib. 2. c. 2. De misero hominis statu: Status primae controversiae est: an ad liberum arbitrium constitutum requiratur libertas à necessitate,

246. an verò sufficiat illa, quæ est à coactione; Pa-
pista negant, nos affirmamus.

Jansenius horum Hæresiarcharum
opinionem amplexus est, prout constat ex
his, quæ de ipso retulimus supra c. 2. §. 8.
Contendit enim hominem in statu naturæ
lapse semper necessitari ad bonum per delectationem
indeliberatam gratiæ intensio-
rem delectatione seu motu concupiscenti-
æ, et ad malum per delectationem inde-
liberatam concupiscentiæ intensiorem de-
lectatione seu motu gratiæ. Unde à
Luthero et Calvino non nisi vocibus dissi-
det, et nullatenus quoad rem. Nam illi
Lutherus et Calvinus negant sub gratiâ
efficaci remanere liberum arbitrium,
quia per illud intelligunt indifferentiam
activam, seu immunitatem ab omni ne-
cessitate physicâ, intrinsecâ, antecedente;
Jansenius verò aperit quidem sub gra-
tiâ remanere liberum arbitrium, sed
per illud intelligit solam libertatem
à coactione; nam lib. 4. de gratiâ Chris-
ti, c. 3. postquam docuit illud nobis libe-
rum esse libertate arbitrii, quod est in
nostrâ potestate, et illud esse in nostrâ
potestate, quod fit, cum volumus, eti-
amsi necessariò volumus, sic concludit:
Quæ si vera sunt, sicut juxta Sanctissimi
Doctoris principium verissima sunt, non
poterit amplius dubitari; quia cum senti-
re et constanter docere diximus, libertati
arbitrii solam necessitatem coactionis,
seu quæ, etsi volumus, efficit id quod po-
test, esse contrariam, omnemque actum

L. 1. m. B. L. III
pag. 115

voluntarium seu spontaneum horum 247.
esse liberum. Hoc enim ipsum, quod volun-
tatem sponte velle seu consentire facit,
hoc eam, ut vidimus etiam liberam facit
libertate arbitrii, quam supra expressit.

Præterea cum Jansenius, prout
supra initio Sect. 2.^a num. 186. jam tetigi-
mus, nullam admittat gratiam merè suf-
ficientem in sensu Catholicorum, sed
velit omnem gratiam natura lapsa esse
efficacem, quatenus habet omnem effec-
tum, quem habere potest in iis circum-
stantiis, in quibus datur, et ad quem da-
tur à Deo: idè duplicem distinguit gra-
tiam efficacem, nempe perfectam seu
magnam, et imperfectam seu parvam.
Perfecta, juxta ipsum, est ea, quæ à Deo
datur ad velle perfectum, id est, ad velle
efficaciter bonum, et illud agere. Imper-
fecta est ea, quæ datur à Deo ad velle im-
perfectum, id est ad quandam velleitates
cum advertentiâ rationis eliciendas, qui-
bus voluntas nec vult efficaciter bonum,
nec illud agit, nec velle efficaciter potest.
Utraque voluntatem necessitat ad actum,
ad quem datur, et semper habet totum
effectum, ad quem datur. Perfecta est
intensior delectatione terrenâ seu mo-
tu concupiscentiæ; et dicitur delecta-
tio victrix, quia terrenam concupiscenti-
æ delectationem intensione superat,
et facit voluntatem velle efficaciter bo-
num, et illud agere. Imperfecta verò
est minus intensa, quam delectatio con-
cupiscentiæ, nec dat posse agere bonum,
sed tantum habere aliquam velleitatem.

244. 116

244. et complacentiam inefficacem boni. Itaque
lib. 2. De Grat. Chr. c. 27. * Contra hos

* Igitur ista sunt pro-
cipua Janseniani de sit
gratia efficaci syste-
matis principia.

Conclusio Prima.

Gratia efficax nullam voluntati
parentis liberum amittit
arbitrium, id est, vim se
se pro metu suo flectendi

Voluntas huma-
na per peccatum primi necessitatem imprimi-
t. Prob. 1.º ex Scripturis. Eccli. c. 15.

Deus ab initio constituit hominem, et
relinquit illum in manu consilii sui, adje-

ad opposita. Itaque
imprimis lib. 2. De grat. cit
Christi c. 3. et 12.

mandata et precepta sua: si volueris
mandata servare, conservabunt te...

2. Dum loco liberi arbi-
trii duplex successit de-
lectatio terrena scilicet
qua ad malum, et celestis
qua ad bonum impellit.

Sunt tibi ignem et aquam, ad quod volue-
ris, porrige manum tuam. Ante homi-
nem vita et mors, bonum et malum, quod

3. Delectationes agunt
per gradus invicem,
ita ut superior sem-
per vincat minorem.

placuerit ei, dabitur illi. Hae vero falsa
essent, si gratia voluntati necessitatem
aliquam imponeret, prout patet.

4. Voluntas non so-
lum semper, sed et ne-
cessario sequitur majoris
delectationis im-
pulsu.

Job. c. 31. Potuit transgredi et
non est transgressus, facere mala et non
fecit, ideo stabilita sunt bona illius in
Domino. Declarat hic auctor sacer-

Necessitas illa non est
absoluta, sed relativa,
id est, in presentibus
circumstantiis, sed do-
minante ad unum de-
lectatione, voluntas
non potest hic et nunc
aliter agere, licet ab-
solute, et in aliis circum-
stantiis, si nimirum
aut ista ad unum delecta-
tatis minueretur, aut
altera ad aliud augere-
tur delectatio.

Declarat hic auctor sacer-
cum laude ac mercede dignum esse, qui
per Dei gratiam ita a malis abstinet,
ut posset ab eis non abstinere: Suppo-
nit ergo stare sub gratia activam volun-
tatis indifferentiam, nec proinde ullam
voluntati necessitatem imponi.

Unde in illo Systemate,
voluntas se habet
instar bilancis, delecta-
tiones vero instar pon-

1. Cor. 15. gratia ejus in me va-
ua non fuit, sed abundantius illis omni-
bus laboravi; non ego autem, sed gratia
Dei mecum. Liberam voluntatis coope-

rationem aperte indicant posteriora haec
verba, sed gratia Dei mecum: namque
longe aliter loquitur Apostolus de indeli-

rationem aperte indicant posteriora haec
verba, sed gratia Dei mecum: namque
longe aliter loquitur Apostolus de indeli-

beratis concupiscentia motibus, quos im-
pedire non poterat; de iis enim sic habet,
Rom. 7. Jam non ego operor idud, sed
quod habitat in me peccatum.

Huc etiam pertinent et alia tes-
timonia, quae pariter ostendunt volunta-
tem unâ cum gratiâ se ipsam movere, se
ipsam flectere, se ipsam Determinare ad
bonum. Psal. 118. Inclina cor meum
ad faciendas justificationes tuas. i. ad
Tim. 4. Exerce te ipsum ad pietatem.
Apocal. 3. Siquis aperuerit mihi januam
intrabo ad illum. Sanè aperire et incli-
nare cor, et alia hujusmodi aperte omni-
nò indignant propriam ac liberam Deter-
minationem.

Prob. 2.º ex Conciliis, praesertim ex
Concilio Trid. Sess. 6. Can. 4. Siquis dixerit
liberum hominis arbitrium à Deo motum
et excitatum, nihil cooperari assentiendo
Deo excitanti atque vocanti... neque posse
disentire, si velit, sed velut inanimè
quoddam nihil omninò agere, merèque
passivè se habere, anathema sit. Ex
his Concilii verbis gratia efficax talis est,
ut homo possit eam abicere seu repudiare,
possit ei dissentire si velit, adeoque ut vo-
luntati nullam necessitatem imponat, et
sub illa stare possit activa voluntatis indif-
ferentia.

Tridentino Concilio praeserat Sy-
nodus Senonensis*, quae expressè docet et lu-
ulenter probat Decreto is. non esse tale tra-
hentis Dei auxilium, cui resisti non possit.

249.
ponderum: etenim
vis utriusque Delecta-
tionis tota relativa
est, et quasi ex mecha-
nica lege voluntatem
moveret ac rapit, sive
ad bonum, sive ad
malum: si major
fuerit vis gratiae,
quàm concupiscentia,
necessum erit
benè voluntatem qua-
rari; è contra male,
si viribus prevaleverit
concupiscentia: sic
que juxta Janseni-
um, non voluntas
Delectationibus, ut
in Systemate Catho-
licorum, sed Delec-
tationes voluntati
Dominantur, ipsa-
que de obtinendo
voluntatis consen-
su in se invicem
decertant, cum-
que ob graduum
seu virium pre-
potentiam neces-
sario eliciunt ac
consequuntur, id
que absque ubi
voluntatis Delibe-
ratione, adeoque
sunt indeliberata.

* an. 1140.

✠ B

Prob. 3^o. ex S. Augustino pluribus
in locis, imprimis lib. De Spiritu et Litt. c. 34.
Nemo habet in potestate, quod ei veniat
in mentem; sed consentire vel dissentire
propria voluntatis est: Et quibus-
dam interjectis, Profecto, inquit, et ip-
sium bonum velle Deus operatur in ho-
mine, et in omnibus misericordia eius
provenit nos, consentire autem voca-
tioni Dei, vel ab eâ dissentire, sicut di-
xi, propria voluntatis est. Similia ha-
bet lib. De predest. II. c. 5. Ergo juxta
S. Augustinum voluntas sic provenitur
et movetur à gratiâ, ut consentire vel
non consentire, in humano libertatis
arbitrio positum sit: id autem dici non
posset, si gratiâ bene agendi neces-
sitate etiam simplicem indueret.

3. III.

Prob. 4^{to}. Duplici ratione Theolo-
gicâ. 1^a. Tunc constat, bona justorum
opera, quæ per Dei gratiam fiunt, ve-
rè esse meritoria; ita disertè definitivit
Concilium Trid. Sess. 6. Can. 32. Atqui non
minus certum est ex fide catholiciâ ad
merendum requiri immunitatem à ne-
cessitate, et activam ad utrumlibet in-
differentiam; prout alibi jam exposui-
mus et hîc loco adhuc magis exponemus.
Ergo p^o.

2^a. Difficilis semper visa est
gratiâ et liberi arbitrii concordia, ut
fatetur ipse S. Augustinus lib. De gratiâ
Christi, c. 47. et alibi passim hanc ques-
tionem difficilissimam appellat, à paucis in-

intelligibilem, quam pauci penetrare valent,^{251.}
et candidè fatetur, se in eà enodandà vehe-
menter angustari. Atqui non ea fuisset
Augustino componendae libertatis cum gra-
tia difficultas, si persuasum habuisset eò
duntaxat liberum arbitrium destrui, quòd
voluntati violentiam et coactionem in-
fert, ita ut quae voluntarie etiamsi ne-
cessariò fiant, liberè tamen fieri cense-
antur: nihil enim facilius intelligitur,
quàm quòd spontaneum et voluntarium
flare possit cum gratià maximè effi-
caci et invincibili, sicut in amore bea-
tifico et productione Spiritus Sancti stat
cum necessitate omnium maximà. Ergò.

Conclusio 2^a.

233.

Vis et efficacia gratiae non est repe-
tenda ex delectatione superiori seu per
gradus relativè victrii. Est specialiter
contra Jansenium ejusque sectatores.

Prob. 1^o ex iis tum Scripturae, tum
Conciliorum, tum S. Augustini testimoniis,
tum denique ex rationibus Theologicis combu-
sione procedenti adductis, quibus ostendimus,
gratiam efficacem nullam necessitatem vo-
luntati imprimere; nam fatentibus Janse-
nistis ipsis hujusmodi gratiae efficacia volun-
tati necessitatem imprimi, atque necessariò
ei ineluctabiliter ad actum determinat.

Prob. 2^o. En iis, quae supra c. 2. § 8.
adversus damnatas ab Ecclesià quinque Jan-
senii propositiones discernimus, quibus cons-
tat, Jansenii de gratià Systema inimicum
esse libertati, siquè nemè intimo conjunctum
esse errorem memoratarum Jansenii proposuim.

Prob. 3^o. Ex S. Augustino, lib. 8.
 Confes. c. 8. ubi sic de se ipso loquitur: Non
fauebam, quod incomparabili affectu mihi
magis placebat. Hoc uno brevi testimonio
 res tota conficitur; inde enim plane even-
 titur fundamentale novi Jansenistarum
 Systematis principium, quod nempe vo-
 luntas semper necessario sequatur mayo-
 rem Delectationem indeliberatam. Nam
 S. Augustinus laudato textu proculdubio
 loquitur de Delectatione indeliberata, cer-
 tissimum enim est, et omnes fatentur, vo-
 luntatem semper sequi majorem Delecta-
 tionem deliberatam. Atqui disertissime
 testatur S. Doctor, se non fuisse quod sibi
 multo magis placebat. Ergo p.

Confirmatur ex his locis, in quibus
 S. Augustinus libertati tribuit indifferen-
 tem potestatem se flectendi ad quam volue-
 rit Delectationem, eamque sua electio-
 ne Superiorem ac predominantem effici-
 endi: Inter omnia, quae Delectant, in-
quit Serm. 159. alias 17. De verb. Apost. c. 2.
plus te Delectet ipsa justitia; non ut alia
non Delectent, Sed plus ipsa Delectet.....
justitia hic Delectet, ut vincat etiam li-
tas Delectationes; et ei Delectationi, qua
liute Delectaris, propone justitiam. Ma-
 nifestè huic supponit, esse penes volunta-
 tem, ut in hoc vel illo objecto magis vel
 minus Delectetur. Atqui hoc verum non
 esset, si à majore Delectatione indelibera-
 ta invincibiliter raperetur; Ergo hanc
 invincibilem Determinationem non admi-
 nit S. Augustinus. Rursus illud idem
 clarissime significat c. 4. et 5. ubi post-

quam exhibuit intestinam utriusque Delectationis pugnam in homine justo, si pergit: Desertant in te duo Delectationes, modo interrogo te quid proponas.... proponito Delectationi carnis Delectationem mentis. 253. WB. A.

Tandem lib. De corrept. et grat. in quo famosa exponitur distinctio adiutorii quo et sine quo, quâ Jansenius existimat clavem contineri, quâ aditus aperitur in omnes Augustiniana doctrina circa gratiam recessus, S. Augustinus nusquam asserit, adiutorium quo esse illam indeliberatam Delectationem superiorem ac victricem, de quâ toties Jansenius; imò potius aliud passim assignat bonarum actuum principium à Delectatione proorsus distinctum, timorem scilicet, pudorem, dolorem, &c. Sic c. 5. 6. et 12. citati lib. De corrept. et grat. et lib. i. ad Simpl. c. 19. ait, miris et ineffabilibus, diversis et innumerabilibus modis Deum homines ad se vocare et trahere. Ex his omnibus clarissime demonstratur apud S. Augustinum Delectationem indeliberatam non esse unicum pondus et principium, quo voluntas ad agendum movetur, ac determinatur.

Prob. 4^{to}. Ex infirmitate fundamentorum, quibus innititur prefatum utriusque Delectationis Systema. Tria potissimum sunt ex Jansenio undecim primis capitibus libri 4. De gratiâ. innum voluntatem non posse moveri sine prævia Delectatione indeliberatâ. 2. Dum non esse nisi duos amores, carnalem scilicet, qui est vitiosa cupiditas; et coelestem, qui est laudabilis ac proprie dicta charitas.

Tertium, in conflictu duarum delectationum, quae gradibus superior est, alteram necessario vincere. Atqui tria haec principia falsa sunt, absurda et erronea.

1^o falsum est, voluntatem non posse moveri absque praevia delectatione indeliberata; nam haec necessitas vel proveniret a natura volitionis, quae elici non potest nisi praevia tali delectatione; vel ex infirmitate voluntatis lapsa: Si primum, ergo Adamus indignus ad peccandum delectatione carnali indeliberata. Atqui peccavit. Ergo expertus est malos, pravaos, deordinatos concupiscentiae motus, quod constanti SS. Patrum, praesertim Augustini lib. de concept. et grat. c. iii. doctrina adversatur. Si secundum, infirma quidem est voluntas, sed nondum penitus extincta libertas; unde qua virtute potuit Adamus qualibet bona opera eliciere absque tali delectatione praeviente, poterit et homo nunquam quaedam saltem facilia producere opera, non pulsantibus his indeliberatis delectationis motibus. Sane remanet in nobis integra ad peccandum libertas quae fuerat in Adamo: si ergo Adamus sine motu carnali praeviente peccare potuit, cur non et nos?

2^o. Non esse nisi duos amores, carnalem unum et vitiosum, caelestem alterum et charitativum, ne dum falsum est, sed et aperte erroneum, ex quo necessario sequeretur, actus fidei, spei, timoris, &c. absque motivo charitatis, vitiosos esse; nullam proinde esse fidem virtutem theologiam in peccatoribus, atque unicam esse virtutem,

charitatem subiect. Varium de his uberius di-^{255.}
ximus, tum ubi de natura gratiae actualis, tum
ubi de actionibus infidelium. Praeterea tali
principio praesupponitur omnem voluntatis
actum esse formaliter amorem, quod perin-
de falsum est et absurdum: aversio enim ac-
tualis mali imminentis, ejusque fuga, non
est certe actus amoris, ut patet: nec motivum
quo movetur voluntas ad hanc aversionem, est
ipsa delectatio, sed timor. Ergo. Hinc S. Tho-
mas, 2. 2. q. 17. a. 8. docet quidem omnem mo-
tum appetitivum oriri ex amore; at negat
ipsum semper esse formaliter amorem.

3^o. Quod additur, in pugna duarum
delectationum, qua gradibus superior est al-
teram necessario vincere, funditus evertit
liberum arbitrium, ipsissimumque est Jan-
senii Systema, ex quo velut ex fonte quinque
famosae Propositiones evidenter deducuntur,
prout videre est ex iis quo supra c. 2. §. 8. dispe-
ruimus.

Prob. 5^{to} ex eo, quod delectationis
Superioris Systema obnoxium sit iisdem
inconmodis, quo Janseniani suis adver-
sariis opponunt.

1^o namque, nihil est, à quo Jan-
seniani magis abhorreant, quam ab usu sci-
entiae mediae, qua Deus prius dirigatur,
quam aliquid absolute futurum decernat.
Atqui in Systemate delectationis Superioris
Deus debet similiter dirigi per aliquam
scientiam mediam, qua nimirum explo-
ret, quot futuri sint in homine gradus
concupiscentiae, ut possit dando plures gra-
dus gratiae, consensum voluntatis certo
obtinere. Ergo

319. 5.

2^o. Jansenius ejusque Discipuli eā maximè ratione Molinistas exagitant, eosque velut Semipelagianos traducunt, quod in eorum Sententiā gratia non sit ex se ipsa, seu propriā et intrinsecā virtute victrix et efficias. Atqui illud ipsum merito contorquetur in Systema delectationis Superioris; siquidem in eo Systemate efficacia gratia non tam ex internā ipsius virtute pendet, quam ex minori opposita cupiditatis resistantiā; si enim haec major forte fuerit, gratia victrix non erit, sed vincta; nec proinde usquam ipsa cordis duritiem tollit, sed eam non esse praesupponit: quod adeò verum est, ut eadem entitas gratia, quae in uno minus resistente est victrix; in alio per majorem concupiscentiam obdurato vincatur. Ergo.

3^o. Idetiam Jansenista exprobrant Molinistis, quod in eorum principiis multa sit difficultas ad explicandum eum modum, quo gratia domat voluntatem, qui tamen Augustino semper visus est ad exponendum perdifficilis, occultus, ac planè ineffabilis. Atqui pariter in Systemate Janseniano modus explicandi gratiam efficacem, planus est facilis et apertus: nullus enim est, qui non facile intelligat, inter Duos secundum proportionem virium suarum colutantes eum vincere, qui plures habet virium gradus, hanc inter Duo pondera in bilancie posita, quod majus est, ad se necessario pertrahit minus. Ergo.

Prob. Denique 6^{to} ex novitate diti ^{257.}
Systematis. Namque ante Jansenium inan-
ditum erat, totam vim gratiae repeti à gra-
duali delectationis superioritate: inde est,
quod ipse nequidem tentaverit sententiam
hanc aliunde adstruere, quam quibusdam
testimoniis S. Augustini male inteductis,
ita ut omnes alios Ecclesiae Doctores, prater
Augustinum, velut in mysterio gratia cauti-
tentes traducere non vereatur, ut videre
est in libro Broamiali c. 13. ubi loquitur
de Patribus S. Augustino anterioribus. Et
c. 29. et 30. ubi sermonem habet de Scholas-
ticiis Doctoribus, suamq; id est, ut putat, Au-
gustini doctrinam, ipsis plane ignotam,
fuisse discretè pronuntiat.

Solvuntur Objectiones. ^{234.}

Obiò contra ipsam Conclusionem,
vario loquendi rationes, quibus utitur S.
Augustinus ad exprimendam gratiam effi-
caciã, apertè significant eam per se ne-
cessariò et invincibiliter voluntatem
determinare; sicut libris De grat. (Christ.
De grat. et lib. arb. De concepit. et grat. p.
passim dicitur, Deum in nobis operari
ipsum velle: bonos à malis discernere: vo-
lentes de nolentibus facere: gratia divi-
tur victrix, et probens vires efficacissi-
mas voluntati: à nullo duro corde res-
pui: inclinabiliter atque insuperabi-
liter operari: per eam denique Deus
dicitur habere, cordium, quò voluerit,
inclinandum omnipotentissimam po-
testatem*. Atqui ista omnia conilia-
ri nullatenus possunt cum libera et expedi-
tã facultate consentiendi vel non consenti-

* justa illud Philipp.
2. Deus est qui ope-
ratur in nobis et
velle et perficere.
Et Ezek. 36. Faciã
ut in præceptis meis
meis ambuletis.

* justa Scripturam
passim, præcipue illud
Prov. 21. vii. Cor Re-
gis in manu Domini:

quomunque voluerit
inclinabit illud.

258. endi. Ergo gratia voluntati necessitatem
aliquam imprimunt.

Respondent nonnulli, his et simili-
bus loquendi modis nihil aliud significa-
ri, quam generatim nobis in presenti
Statu necessariam esse gratiam, quo, ut
potè preveniens, gratuita, ac necessaria,
quoties bonum operamur, prima est ac
praecipua boni operis causa.

Respondent alii, his variis locutio-
nibus id unum evincere, nimirum dari gra-
tiam efficacem, quâ Deus certo et infalli-
biliter consensum voluntatis elicit, unde-
cumque tandem oriatur illius efficacia:
sed nullo modo probari à gratiâ veram
bonè agendi necessitatem induci; quam-
vis enim Deus agat in voluntate effica-
citer, tamen velle et nolle, est in liber-
tatis potestate, ut multoties tradit
S. Augustinus.

Respondent ceteri, dictis loquen-
di modis indicari gratiam, quæ ab intrin-
sico sit infallibiliter efficax, sive physi-
cè determinando, ut volunt Thomistæ, si-
ve moraliter tantum, ut contendunt non-
nulli alii: ast in utroque Systemate ser-
vatur semper relativa et active indiffe-
rens potestas sese determinandi ad utrum-
libet. Singula ex his responsionibus per-
inde solvunt Jansenianorum objectio-
nem.

295. Ob. 20. SS: Patres, præsertim S. Au-
gustinus comparant gratiam cum opere
creationis, cum Incarnatione Verbi, et aliis
miraculis ab ipso patratis. Atqui omnes istæ
comparationes indignant gratiam necessa-

riò et invinibiliter Determinantem. Ergò. 259.

Resp. neg. min. S. Patres utuntur
his comparationibus ad declarandam auxilii
divini gratuitatem, non autem ad exponen-
dum ejus operandi modum. Unde merito dam-
natae sunt plures Luesnelli propositiones,
nempe à vigesima primà ad vigesimam quin-
tam, eò prævisè quòd prædictas comparatio-
nes adaptent operationi gratia. Et qui-
dam iò quoad creationem, S. Augustinus, lib.
de grat. et lib. arb. c. 8. postquam retulit verba
S. Pauli Ephes. 2. Creata in Christo Jesu in ope-
ribus bonis p. nihil aliud inde concludit, quam
quòd gratiam nulla præcedant bona pietatis
opera. Quòd autem illa comparatio non fiat
quoad operandi modum, neque excludat pro-
prium hominis Determinationem, expresse de-
clarat S. Augustinus, Serm. 15. De verb. Apost. c. ii.
his verbis: Qui facit te sine te, non te justifi-
cat sine te. 2.º Exemplum Incarna-
tionis ad solam gratuitatem probandam as-
sumi evidenter demonstrat vel hoc unum S. Au-
gustini testimonium, lib. i. oper. imperf. c. 138.
Neque enim audebis dicere, præcedentibus ope-
rum meritis, filium Dei factum ab initio
seu à Virginis utero. Quà ergo gratià homo ille
ab initio factus est bonus, eadem gratià homi-
nes, qui sunt membra ejus ex malis boni fi-
unt. 3.º Comparatio cum operibus
miraculosis, quibus Christus morbos sanavit
et mortuos suscitavit, similiter instituitur
tantum quoad gratuitum principium et mi-
rabilem terminum; eò quòd sicut gratia
sanet animam et à morte peccati liberat,
idèque necessariò exigit Deum operantem
perinde ac miracula Christi; sed ita ta-

260. men, ut in operibus ex gratia factis Semper
requiratur indifferens voluntatis consensus, qui
in alijs operibus non requiritur. Ita totidem
sermone verbis gratia Doctor, Enarrat. in Psal-
mum 102.

236. Ob. 3^o. Gratia nihil aliud est, quam
omnipotens Dei voluntas et operatio, quam
nemo impedire potest aut retardare. Ergo sub
ipsius motione voluntas non servat indifferen-
tiam.

Resp. neg. ant. cuius falsitas patet
ex dictis supra hoc capite*, ubi de natura gra-
tia actualis; haecque rursus doctrina damna-
ta fuit in Quenello propos. 10. 11. 12. 19. 20.
Nec solum data est censura, eo quod his pro-
positionibus indefinitis exprimitur gratia
qualibet, adeoque nulla amplius sit mere
sufficiens: verum etiam quia gratia effi-
cax describitur, ut necessario et invinibi-
liter determinans absque potestate resisten-
di, eaque confunditur cum omnipotenti
Dei voluntate, quam nemo potest impedi-
re.

237. Ob. 4^o. Ex S. Augustino possum, ho-
mo per peccatum amittit libertatem. Ergo.

Resp. Dist. ant. amittit liberta-
tem a peccato et miseria, cone. liberta-
tem a necessitate, neg. ant. Ita S. Bernar-
dus lib. de grat. et lib. arb.

Inst 1^o. Atqui homo per peccatum
amittit libertatem a necessitate, Multum erras,
inquit S. Augustinus ad Julianum lib. 1. operis
imperfecti num. 108. qui vel necessitatem
nullam putas esse peccandi.... cum peccatis
de ignorantia, vel affectionum necessitate

* Sect. 2. §. 1.
praesertim in
resp. ad Ob. 4.
pag. 204.

venien
et lib. 8
tur off
a neces
coactio
tate ab
inquit
Inetru
ter; n
que co
Binem
liberum
differen
excusat
quod a
tate m
ligitur
prohibet
sic ait
tas utiq
ut veli
vel disp
lib. 2. c
larum
et liber
bene ve
ium a
emus.
frustra
exhorta
titia
spe con
cepta
ta non

venientibus.... plenum sit genus humanum. 261.
et lib. 8. Confess. Dum consuetudini non resisti-
tur, fit necessitas. Ergo.

Resp. Dist. ant. Amisit libertatem
à necessitate morali, quam S. Thomas vocat
coactionem insufficientem, conc. à neces-
sitate absoluta et physica, neg. ant. Dicendum,
inquit S. Thomas qu. 6. de malo, quod con-
suetudo facit necessitatem, non simplici-
ter; nam ex deliberatione quantumcum-
que consuetus potest contra consuetu-
dinem agere. Porro necessitas moralis
liberum arbitrium non perimit, nec in-
differentiam omnino tollit, nec proinde
excusat à peccato, prout tradunt Theologi.
Quod autem S. Augustinus de ista neces-
sitate morali, quâ magna difficultas intel-
ligitur, sit intelligendus patet ex iis quæ
scribit tum lib. de Spir. et litt. c. 31. ubi
sic ait: cum potestas datur, non neces-
sitas utique imponitur. et c. 34. Agit Deus,
ut velimus et credamus.... sed consentire
vel dissentire propriae voluntatis est. tum
lib. 2. contra Iamstum c. 5. Sub factis Ital-
larum nullius hominis genesim ponimus,
ut liberum arbitrium voluntatis, quo vel
benè vel malè vivitur, propter Dei judi-
cium ab omni necessitatis vinculo vindi-
cemur. tum lib. 5. de civ. c. 9. ubi docet,
frustra objurcationes, vituperationes,
exhortationes adhiberi, neque ullâ jus-
titiâ bonis premia, et malis supplicia
esse constituta, si Dei præsidentia ne-
cessitatem imponat.

Inst. 2^o. Atqui necessitas absolu-
ta non offiit libertati, ex S. Augustinò,

262. Sic enim scribit lib. 5. De civ. c. 10. Si... illa
definitur esse necessitas secundum quam di-
cimus necesse esse, ut ita sit aliquid, vel
ita fiat; nescio cur eam timeamus, ne
nobis auferat libertatem voluntatis; ne-
que enim vitam Dei et prosperitatem eius
sub necessitate ponimus, si dicamus, na-
cesse esse Deum semper vivere, et unta
prosperare. Unde S. Thomas, q. 10. De po-
tentia part. 2. ad 5. Dicendum, inquit,
quod naturalis necessitas, secundum quod
voluntas aliquid ex necessitate velle dici-
tur, ut felicitatem, libertati voluntatis
non repugnat, ut Augustinus docet in lib.
5. De civ. Ergo.

Resp. Dist. ant. Necessitas physica
et absoluta non officit libertati natura, con-
libertati arbitrii, subdist. necessitas conse-
quens et hypothetica, con. antecedens, neg.
ant. Duplex est libertas, alia na-
tura, qua natura seu voluntas naturali
instinctu, ut loquitur S. Thomas, sine im-
pedimento tendit in suum finem, et ulti-
mam perfectionem, quemadmodum dici-
mus, aquam libere fluere, si contra propri-
um pondus non retineatur. Alia arbitrii,
qua voluntas unum pro alio eligit. Hanc
libertatis distinctionem sanctus Thomas ex
pressis verbis tradit i. p. q. 19. a. 10. Dico-
dum, inquit, quod liberum arbitrium
habemus, respectu eorum, que non ne-
cessario volumus, vel naturali instinctu,
non enim ad liberum arbitrium pertinet,
quod volumus esse felices, sed ad naturalem
instinctum. Cum igitur Deus ex necesi-

CS. VII

tata suam bonitatem velit, alia vero non 263.
ex necessitate, respectu illorum, quae non ex
necessitate vult, liberum arbitrium habet.

Contra libertatem natura absolu-
tè pugnat necessitas moriendi, ex S. Augusti-
nò, locò in objectione citatò; quia sic est con-
tra naturam inclinationem, ut vitare mor-
tem nulloatenus sit in nostrâ potestate,
sed ex eodem S. Doctore voluntas bene vel
malè agendi nunquam sub hac necessitate
constituta est. Si, inquit, necessitas nos-
tra ita dicenda est, quae non est in nostrâ
potestate.... sicut est necessitas mortis, ma-
nifestum est, voluntates nostras, quibus
rectè vel perperam vivitur, sub tali ne-
cessitate non esse; multa enim facimus,
quae si nollemus, non utique faceremus.

Motus quoque concupiscentiae et
tentationes libertati naturae repugnant,
quatenus sunt impedimenta quadam con-
sequendi suum ultimum finem, in quo
est felicitas et summa eius perfectio.
Hinc Beati, secundum S. Doctorem, De-
um amant liberè, licet necessario, sed li-
bertate natura duntaxat, quia toto na-
tura pondere in Deum feruntur, nulla
concupiscentiae titubatio ejus impetum
cohibet, aut retardat. Non modo igitur
natura libertati non nocet ista necessitas,
quin illam perficit. Cum autem in Deo
summa sit necessitas vivendi, bonitatem
suam amandi, conijicitur quoque ma-
xima divina ejus naturae libertas.

Duplicem iterum S. Augustinus

264. Distinguit necessitatem, alia est anteceden-
dens, quae causaliter ita antecedit consen-
sum voluntatis, ut absolute dissentire non
possit, qualem Manichaei fingebant esse
influxum Plerum; quem errorem S. Do-
ctor supra dicebat se rejicere tanquam no-
xium libertati, ut liberum arbitrium vo-
luntatis, inquit, ab omni necessitatis vin-
culo vindicemus. Alia est hypothetica
et consequens, cujus duo exempla profert
lois in objectione citato. Primum petit ex
praesentia Dei, quam dicit esse liberam,
quamvis necessariam; ex hypothese enim,
quod Deus decreverit aliquid futurum,
illud consequenter necessario praesent, quod
non impedit, quin et decretum et praesentia
sint actus absolute liberi; quia Deus
absolute potuit non decernere, ac proinde
non praesent. Alterum exemplum re-
petit ex actuali voluntatis determinatione,
qua posita necessario sequitur actus,
v.g. ex hypothese, quod Petrus curat, con-
sequenter Petrus curat necessario, et mihi-
lominis liberè libertate absolute; quia
absolute potuit non curare. En verba S.
Doctoris: Invidua nullo modo cogimur, aut
retentâ praesentia Dei tollere voluntatis
arbitrium, aut retentâ voluntatis arbitrio,
Deum / quod nefas est / negare praesentium
futurorum; sed utrumque amplectimur,
utrumque fideliter et veraciter confitemur.
... Neque enim ides peccat homo, quia De-
us illum peccaturum praesentit: imò ides
non dubitatur ipsum peccare, cum peccat,

quia ille, cujus praesidentia falli non potest, ^{265.}
non fatum, non fortunam, non aliqui alium, sed
ipsum peccatum esse praesivit. Quod si nohit,
utique non peccat; sed si peccare voluerit,
etiam ille hoc praesivit. Ubi praesidentia
Dei in mente S. Augustini supponit peccati
futuritionem, ac proinde necessitas, quae ori-
tur ex praesidentia, non tollit libertatem
indifferentis, utpote quae sit consequens. Id
ipsum confirmat alio exemplo, nempe homi-
nis, qui agit ex libera determinatione. Sic enim
pergit: Cum dicimus, necesse est, ut, cum
volumus, libero velimus arbitrio, et verum
procul dubio dicimus, et non idcirco ipsum libe-
rum arbitrium necessitati subiungimus.

Ob. 5^o. In mente S. Augustini, ac-238.
tio humana tum est perfecte libera,
cum est maxime voluntaria; sic enim scri-
bit lib. de concept. et grat. c. 8. Quando roga-
vit Christus pro Petro, ne deficeret fides eius;
quid aliud rogavit, nisi ut haberet in fide
liberrimam, invictissimam, perseverantif-
simamque voluntatem? Ubi voluntas li-
berrima non est voluntas indifferens, sed ar-
dentissime voluntaria; absurdum quippe
est dicere, Christum rogasse, ut Petrus in
fide haberet voluntatem maxime indiffe-
rentem. Ergo.

Resp. Dist. ant. In mente S. Au-
gustini, actio maxime voluntaria est li-
berrima libertate inaduate sumpta, con-
aduate sumpta, neg. ant. Itaque
cum arbitrii libertas dicitur essentialiter in-
cludat, scilicet voluntarium et indifferen-
tiam activam, seu vim se determinandi,

Prim. M. M. M. M.
pag. 123

266. S. Augustinus tractans de gratia, libertatem lapidissime sumit inaduate pro voluntario. Et ratio est, quia activa voluntatis indifferentia infalibiter determinatur per id, quod amplius delectat, et est plenius voluntarium. Unde cum S. Doctor iste contra Pelagianos totus esset in aperenda necessitate gratie, que ex nolentibus nos faciat volentes, voluntatemque liberet a servitute carnis et peccati, mirum non est, quod S. Doctor vixus sit primo Pelagianis, deinde Lutheranis et Calvinistis, ac demum Jansenio, liberum arbitrium in voluntario duntaxat reponere, et retractare, que ad vindicandas a fatali necessitate voluntates humanas prius scriberat contra Manichaeos. Nam ut ipse scribit, lib. De grat. Chr. c. 47. Ubi de arbitrio voluntatis, et Dei gratia disputatur; ita est ad discernendum difficile, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur: quando autem aperitur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.

239. Ob. 6^{to} Gratia, utpote humana nature perfectiva non destruit, nec minuit eius perfectiones naturales, quale est liberum arbitrium. Atqui gratia quo major est aut minor, magis aut minus minuit indifferentiam, quin et illam destruit cum consummata fuerit. Ergo indifferentia non pertinet ad rationem liberi arbitrii.

Resp. Dist. min. Gratia minuit indifferentiam contrarietatis, que est ad bene et male agendum, conc. Contradictionis tam specificationis quam exercitii, neg.

min. Libertas contrarietatis, quâ quis potest ^{267.}
 bonum et malum velle v.g. mentiri, alium
 finem ultimum, quâ Deum, sibi proponere,
 media necessaria ad Deum consequendum ne-
 gligere, non est hominis perfectio, sed defec-
 tus, quem gratia eò magis minuit, quò am-
 plius crescit, et proorsus tollit in patriâ coe-
 lesti, ubi perfecta et consummata beatorum
 efficit impeccabiles; sed essentia libertatis ar-
 bitrii in eis non consistit. Nam ex S. Thomâ
 liberum arbitrium spectat solummodo elec-
 tionem mediorum, quæ cum fine ultimo
 non habent necessariam connexionem, ita
 ut absque peccatò et ullo defectu unum pro
 alio eligi possit, et hæc libertas indifferentia
 pertinet ad perfectionem creaturæ intel-
 lectualis, quæ ut est ad imaginem Dei, non
 agitur motu creaturarum mente destituta-
 rum, sed est domina suorum actuum, et
 de iis ita liberè disponit, ut possit illos non
 ponere, quemadmodum Deus potuit mun-
 dum non creare, Incarnationis mysterium
 non implere, et multa beneficia creaturis
 non conferre, ium horum ommissio non pug-
 net contra ejus sapientiam, bonitatem et
 justitiam. Hæc autem indifferentia
~~libertatis duplex est specificatio~~ libertas
 seu contradictionis libertas,
 quæ scilicet quis potest aliquid velle seu facere,
 et non velle seu non facere simpliciter, duplex
 est, specificationis scilicet, quâ quis est indif-
 ferens ad hoc specie bonum vel ad aliud, quan-
 do neutrum præcipitur, v.g. ad sequendum
 hoc vel illud consilium; et exercitii, quâ nem-
 pe voluntas potest exercere hunc vel illum ac-
 tum, licet sit determinata ad unum etiam nu-

124. 3.
 * hoc quoad opus bo-
 num intelligendum
 est, si præceptum
 non sit: si enim
 præcipitur, omif-
 sic illius est mala,
 ac proinde bonum illud
 non posset omitti sine
 libertate contrarietatis.

268. mero obiectum; quod demonstratur exemplo S. Apollonia, qua referente S. Dionysio Alexan-
drino ep. ad Fabium apud Eusebium lib. 6. Hist. c. 41. sponte et proprio motu insiliit in rogam
auesum, ad quem cremanda ducebatur: mo-
tus ille tum voluntatis, tum corporis, fuit li-
ber, et iudicio sancti viri, laude dignus, liber,
inquam, non libertate specificationis; quia
hac supplicii species erat determinata, et ab elec-
tione S. Martyris minime pendens: sed libertate
exercitii, quatenus intrepida virgo disponit
de suo actu, potuitque illum non ponere. Gra-
tia autem Christi ejusmodi libertatem indiffe-
rentia nedum minuit, quin eam perficit, qua-
tenus voluntatem liberat a necessitate morali
leniendi carnis vitis et concupiscentis, iuxta
idud Joan. 8. v. 36. Si ergo vos filius liberaverit,
verè liberi eritis.

240. Ob. 7. mo Christus meruit implendo
praecepta Patris*. Atqui necessario implevit,
* vid in Tract. de Inaarn. c. 6. §. 4. alioquin peccasset, quod erat impossibile. Ergo
et nos bona opera, quae per gratiam efficacem
operamur, et quibus meremur, necessario adim-
plemus. Resp. Dist. min. Necessario implevit
necessitate specificationis, conc. necessitate
exercitii, neg. min. Etsi Christus liber non
fuerit libertate contrarietatis, etenim ma-
lum usatenus operari non potuit; liber ta-
men fuit libertate contradictionis, non qui-
dem specificationis, quando opus bonum ipsi
fuit imperatum; tum enim ommissio illius
fuisset mala, ac proinde bonum illud non
potuisset omittere sine libertate contrarieta-
tis ab ipso proorsus eliminanda: sed libertate
exercitii, utpotè quae cas etiam, quae ipsi
praecepta fuisse supponi possunt, actiones exer-

cuit, et adimplevit, prout patet ex historia^{269.}
passionis: enimvero sponte ex uoce ad locum
procepit, ubi facilius à militibus comprehen-
deretur; ut cognoscat mundus, inquit Joan.
14. quia diligo latrem, et hinc mandatum
dedit mihi Pater, sic facio, Surgite, camus
hinc. Et licens Judam cum cohorte apro-
pinguare, exiit eis obviam: Procepit, ait
S. Joannes c. 18. et dixit eis: Quem queritis?
Denique ex potestate et libertate emisit
spiritum, ut vel eo probaverit, quod di-
xerat Joan. 10. Nemo tollit eam / animam /
à me, sed ego pono eam à me ipso.

Ob. 8^{vo} contra 2^{am} Conclusionem. 241.

S. Augustinus variis in locis, ut lib. 2. De ge-
nesi contra Manichaeos, c. 14. lib. 22. con-
tra Faustum, c. 28. Serm. 155. alias 6.
De verbis Apot. Serm. 159. alias 17. c. 3.
lib. 1. ad Simplicianum q. 2. Tract. 26. in
Joan. Et lib. De grat. Chr. c. 13. affirmat
sine delectatione voluntatem nullate-
nus moveri posse. Ergo p.

Resp. 1^o Haec omnia ferè S. Augus-
tini testimonia intelligi debere de de-
lectatione deliberata. Quod si intellige-
rentur etiam de indeliberata, nullo modo
efficerent, quod adversarii intendunt, nem-
pe tali delectatione voluntatem necessa-
rio ad consentiendum pertrahi: his quip-
pe locus hortatur S. Doctor ad frenandam
indivertam delectationem, atque agnoscit,
voluntatem ei aliquando resistere. Ali-
quando, inquit tit. c. 14. lib. 2. De genes.
contra Manichaeos, ratis viriliter etiam

240. commotam cupiditatem refrenat atque
compesit.

3. 175
Resp. 2^o. Haec et similia ejusdem S. Do-
toris testimonia non stricte sed moraliter
esse exponenda de eo, quod ordinariè fit;
ita ut sensus sit, voluntatem non nisi præ-
vio^o Delectationis sensu et motu ut plurimum
moveri, licet interdum contingat, ipsam
aliis motivis Determinari. Responsionem
hanc amplecti tenentur adversarii, nisi ve-
lint Augustinum sibi ipsi manifestè contra-
dicere; citato enim lib. i. ad Simpl. docet De-
um ad se trahere homines variis et ineffa-
bilibus modis, per timorem, dolorem, &c.

Resp. 3^o. S. Augustinum per illud
quod Delectat, non semper intelligere
illud solum, quod suave et delectabile est;
sed illud omne, quod invitat, quod trahit,
quod prævenit voluntatem; idque oppo-
sitè ad errorem Pelagianorum, quem sem-
per debellat. Nonne satis apparet, inquit
lib. 2. de peccat. merit. c. 10. etiam illa pec-
cata justè imputari, quæ non Delectatio-
nis illecebræ committuntur, sed causâ de-
vitandæ molestiæ alicujus, aut doloris, aut
mortis. Id ipsum fatetur Jansenius, sic
enim lib. 6. de grat. Chr. c. 5. loquitur: Ip-
sum quoque voluntatis apicem ad se sive
in malò, sive in bonò, blandiendo, aut
N. aliter afficiendo trahunt aut retrahunt.

242. Ob. quò gratia efficax juxta
Delectatio virtutis appellatur à S. Augusti-
nò lib. 2. de peccat. merit. et remiss. c. 19. lib.
2. ad Bonifacium c. 9. Ergò &c.

Resp. Dist. ant. appellatur Delecta-

271.
tio victrix, relative seu per gradus, neg. ab-
solute, subdist. aliquando aut etiam sapienter,
conu. semper, neg. ant. Dici etiam me-
rito potest, plerumque ex his testimoniis in-
telligenda esse de Delectatione Deliberata,
id est, de illa complacentia libera, qua
inheremus objecto, quaque voluntatis elec-
tionem et ultimum intellectus iudicium
anteedit: hanc autem liberam compla-
centiam semper elicit gratia efficax; sic-
que effectiue et causaliter recte dici potest
Delectatio.

ob. 10^{mo} celebre S. Augustini 243.
effatum, Exposit. in c. 9. Ep. ad Galat. Quod
amplius nos delectat, secundum id opere-
mur necesse est. Ergo p.

Resp. dist. ant. et exponimus tex-
tum S. Augustini: Quod amplius nos de-
lectat Delectatione Deliberata, secundum
id operemur necesse est, necessitate sibi et
consequente, conu. Quod amplius delectat
Delectatione indeliberata, necessario am-
plectendum est necessitate antecedente,
neg. ant. Hunc esse sensum S. Doctoris
patet ex contentu: Non enim ait, quod
amplius nos delectat, secundum hoc velimus
necesse est; sed OPEREMUR necesse est.
Et paulo post: Secundum hoc vivimus, se-
condum hoc operamur. Unde sic arguimus:
Delectatio de qua ibi agitur, est ea, ex qua
immediate sequitur actio externa: atqui
talis Delectatio non est alia quam Delecta-
tio Deliberata, seu libera voluntatis com-
placentia. Ratio enim immediata, ut ho-
mo v. g. caste vivat, hoc est, quod per gra-
tiam liberam voluntatis electione, magis

272. in castitate sibi complacere quam in peccato. Ergo p. Præterea hunc locum exponendum esse de Delectatione Deliberata clarissime constat ex aliis quampluribus ejusdem S. Doctoris testimoniis inter probationes Conclusionis 2^æ Sup. num. 233. adductis, præsertim vero ex illo lib. 8. Confess. c. 8. Non fauebam quod incomparabili affectu mihi magis placebat; quod de Delectatione indeliberata intelligendum esse ex se patet, et ibidem probavimus. Denique ita huc sentire

* Episcopatum inivit an. 397. mortuus nempe Valerius antecessore suo ejus adjutor an. 346. jam electus fuerat.

S. Augustinum deducitur ex eo, quod cum Commentarium suum scriberet in Epist. ad Galat. tum versaretur in errore Semipelagianorum, in quo permansit usque ad Episcopatum suum, ut ipse testatur, lib. de prædest. SS. c. 3. quomodo ergo potuit duos errores contradictorie oppositos tenere, nempe et minimum concedere libero arbitrio, et simul illud negare et tollere?

Ob. ii^{mo} S. Augustinus lib. 2. de peccat. merit. et remiss. c. 17. ait: Nolunt homines facere, quod justum est, sive quia latet an justum sit, sive quia non delectat; tanto enim quidquam vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit novimus, eoque delectamur ardentius. Ergo p.

Resp. neg. cons. loquitur hic S. Doctor etiam de Delectatione Deliberata; ut constat i^o quia delectatio de qua ibi agitur est effectus gratis, ut aperte declarant verba immediate sequentia: Ut autem innotescat, quod latebat, et hære fiat, quod non delectabat, gratia Dei est, quæ adjuvat hominum voluntates, quæ ut non adjuventur, in ipsis itidem causa est, non in Deo.

atque talis Delectatio profectò est Delibera-^{273.}
ta. Ergò. 2^o. Tantò magis, inquit ibi-
dem, Delectat opus bonum, quantò magis
diligitur Deus Summum et incommutabi-
le bonum. Ut autem diligatur Deus, Cha-
ritas ejus diffusa est in cordibus nostris per
Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Sed
Delectatio, quæ est ab amore Dei, et chari-
tate diffusa in cordibus nostris per Spiritum
Sanctum, sanè est Delectatio Deliberata.
Ergò. 3^o. Dilectio et Delectatio justiti-
æ sunt quid unum et idem. Sed Dilectio
justitiæ est Deliberata. Ergò. Major cer-
ta est in principiis S. Augustini, præsertim
ex mox citatâ expositione in Ep. ad Galat.
Minor constat ex c. 18. laudati lib. De pec-
mer. et remis. Aut enim justitiam dili-
gimus, et bona est voluntas; et si magis
diligimus, magis bona; si minus, minus
bona est. Ergò.

Inst. Data à nobis hujus S. Augustini
textus expositio identium reddit illius sen-
sum: nempe unumquemque tantò vehe-
mentius quidquam velle, quantò ardentius
id ipsum vult et intendit. Atque hoc foret
absurdum. Ergò textus iste intelligi non
potest de Delectatione Deliberatâ.

Resp. neg. maj. Hoc enim unum
vult S. Augustinus, scilicet, quò vehementi-
us complacemur in objectò proposito, eò ar-
dentius nos illud eligere ac prosequi; ita
ut gradus Dilectionis ac complacentiæ li-
bere in objectò mensura sit et regula ardoris
et impetus, cum quo voluntas objectum illud
eligit ac prosequitur: hic autem sensus ve-
rum identium est et insulsus, verum

274. Doctrinam principis S. Augustini omnino con-
sonam exprimit.

245. Ob. 12^{mo}. Omnes actus voluntatis sunt
formaliter et essentialiter amores; enim velle
voluntatem velle, non est aliud nisi amare.
Atqui amor semper includit suavitatem ac
delectationem. Ergo.

Resp. neg. maj. Odium namque et
timor procul dubio sunt actus voluntatis.
atqui insulse omnino diceretur, motus illos
qui directe opponuntur amori, totidem esse
formaliter et essentialiter amores.

Inst. Licet omnes actus voluntatis
non essent formaliter amores, omnes tamen
sunt ab amore tanquam à causa et princi-
pio; omne quippe odium fundatur in amo-
re. Ergo.

Resp. Dist. ant. Omnes actus volunta-
tis sunt ab amore deliberato seu consequen-
te liberam voluntatis electionem et deter-
minationem, con. Omnes actus seu motus
indeliberati sunt ab amore, quasi amor uni-
cum sit pondus, quo voluntas impulsu pro-
prio et indeliberato determinatur ad agen-
dum, neg. ant. Verum equidem est, om-
nem voluntatis motum deliberatum esse
ab amore, aut ad ipsum tendere; quo sensu,
quidquid homo facit, ex delectatione facere di-
citur, quia idud facit, quia vult et ipsi pla-
cet; et quidquid placet, quodammodo de-
lectat, licet aliunde durum et grave ipsi
suerit: at falsum proorsus est, omnes inde-
liberatos motus sic esse ab amore, ut amor de-
lectans unicum sit omnium nostrorum actio-
num principium; amor enim ex S. Augusti-
no, lib. 14. de Civ. c. 7. aliquando delectationis,

aliquando verò timoris vel tristitia sensum ^{275.}
adjunctum habet: Amor, inquit, inhians habere,
quod amatur, cupiditas est; id autem habens,
eoque fruens, laetitia est; fugiens, quod ei
adversatur, timor est; idque si acciderit sen-
tiens, tristitia est. Et verò aliud quàm de-
lectationis principium bonarum actionum
passim inculcat, lib. 2. De pecc. mer. et rem. c. 10.
Enarrat. in Psal. 79. et locis antea citatis.

§. Secundus.

246.

De variis circa gratia efficaci
naturam Catholicorum Theologo-
rum Systematibus.

Explosis §. precedenti Lutheri, Cal-
vini et Jansenii eorumque asselarum cir-
cà gratia efficaciam erroneis opinionibus,
superest, ut priusquam hunc nostrum de
gratia Christi Tractatum concludamus, va-
rias, quae in Scholis circumferuntur, Theolo-
gorum nostrorum circa gratia efficaciam
opinionem et Systemata referamus; quod
singulis titulis enaquimur.

Systema Thomistarum.

247.

Duplex potissimum gratia distingui-
tur à Thomistis. Alia dicitur excitans et
sufficiens: alia efficax et adjuvans. Gra-
tia excitans seu sufficiens est ea, quae volun-
tatem excitat, eique vires verè ac relativè
sufficientes subministrat, ut vede et ope-
rari possit, quamvis illa potentia nunquam
ad actum reducatur, nisi aliud accedat ex
parte Dei efficax ac physicè promovens au-
xilium. Gratia verò efficax seu
adjuvans, juxta ipsos, est ea, quae liberum
voluntatis consensum naturà duntaxat
antecedit, illiusque causa est, volunta-

276. tem ad actum physicè applicando. Gratiam sane
physicè promoventem dicunt ad agendum ne-
cessariam in quolibet statu, titulo Depend-
entia; in presenti vero naturæ lapsæ sta-
tu, insuper et titulo infirmitatis.

Dicitur autem gratia physicè pro-
movens in presenti statu ad agendum ne-
cessaria titulo infirmitatis: non quod ipsa ab-
sente nulla sint in voluntate vires operi
exequendo verè ac relativè proportionatae:
omnes enim ad unum Thomista contendunt
gratiam promoventem seu efficacem se
tenere ex parte actus, secundi duntaxat....
Sufficiens auxiliò completissimam esse po-
tentiam in ratione potentia, antequam
auxilium efficax conferatur, et per solum
Sufficiens compleri omninò potentiam, ita
ut nihil omninò desit, quod ad potentiam
in ratione potentia pertineat. Gra-
tia ergò physicè promovens ab ipsi dicitur
necessaria titulo infirmitatis; quia nem-
pe etsi sanetur voluntas ope gratia suffi-
cientis, nihilominus tamen propter carnis
infirmitatem, perpetuamque ejus cum
Spiritu pugnam, summam patitur ad
bonum Supernaturale difficultatem,
quam perfectè quidem potest vincere,
sed nusquam vincit nec erumpit in actum,
nisi acceperit auxiliùm efficax: adeò ut
etsi necessarium non foret auxiliùm illud
titulo dependentia, adhuc tamen foret
necessarium propter dictam infirmitatem.

Eadem ferè ratione gratia effi-
cauter et physicè promovens ab ipsi appel-

latur auxilium Christi medicinale: non 277.
quidem simpliciter et absolute, quasi ipsa
sola sit, qua sufficientes ad agendum vi-
res conferat; sed dicitur auxilium medi-
cinale speciale, quatenus vires confert
efficacissimas, seu vires junctas cum actu,
seu, quod idem est, potentiam movet, ap-
plicat et reducit ad actum. Unde juxta ip-
sos duplex est auxilium Christi medica-
le, alterum mere sufficientes, alterum spe-
ciale et efficax: prius perfecte complet po-
tentiam in actu primo, posterius poten-
tiam complet et perficit in actu secundo,
seu posse ipsum conjungit cum operatio-
ne.

Quoniam autem sit gratia illi-
us à se efficax ac physicè promoventis
natura, dissentiant inter se. Longè ta-
men communior inter ipsos sententia do-
cet, gratia à se efficax auxilium esse vir-
tuosam Dei motionem, seu motum à Deo
humano voluntati impressum, quo ad
actum eliciendum applicatur: motus
autem ille à Deo voluntati impressus, in-
quirunt, vim quamdam singularem ha-
bet, et est divinae virtutis et omnipo-
tentiae eum imprimentis participatio,
quo fit ut humanam voluntatem mo-
vendo elevet et perficiat, ut superna-
turaliter, liberè, et qualiter voluerit
Deus, operetur.

Hic explicandi molus se ipsa non
distat ab eo, quo nonnulli Thomistae asse-
runt, gratiam promoventem esse actio-

278. nem Dei, per quam creatura ad actum secundum redigitur; vel, ut alii loquuntur, est ipsamet causa secunda actio prout à Deo applicante procedit.

Thomista totius huius systematis fundamentum praecipue repetunt ex rationibus causae primae et primi motoris: Deus ut causa prima debet influere in omnes actiones creaturarum, nec sinit illius conditio ac dignitas, ut determinationem à causa secundà, à creaturâ suâ, expectet; restat ergo, ut prima causa secundam determinet, ac applicet ad agendum. Primus etiam motor, ne detur procepsus in infinitum, debet, cum sit semper in motu, mobilibus facultatibus ac potentiis motum tribuere; quidquid enim non est in motu, indiget ab alio moveri. His non obstantibus idcirco tamen remanere hominis libertatem tuentur, quod pluribus probant argumentis, ex quibus duo tantum brevitate gratiâ recensemus*.

* vide quae in Metaphysica nostra parte 2. c. i. §. 6. de promotione physica discernimus.

innum petitur ex idea entis summi et omnipotentis. Causa omnipotentissima attingit non tantum substantiam sed et modum actus, seu effectum operatur, quem vult et eo modo, quo vult. Atque absoluta Dei voluntas est causa omnipotentissima, efficacissima, et perfectissima; vult autem, ut creaturae rationales, quas promovet, agant liberè, id est, servatâ ad oppositum potentia. Ergo p. ac proinde ipsa promotio-

na, non quidem in se præcisè et quoad so. 279.
lam entitatem spectatâ, sed prout est par-
ticipatio Divinæ virtutis et instrumen-
tum voluntatis omnipotentissimæ, certò
fit, ut creatura promota ita agat, ut ser-
vet potentiam ad oppositum: unde tan-
tum abest, quominus promotio physica
noceat libertati, quin potius eam servat
et statuit atque confirmat. Rationi-
nium istud colligunt ex S. Thomâ variis
in locis, præsertim i. p. q. 19. a. 8. ad 2. et
i. 2. q. 10. a. 4. et quodlib. ii. a. 3.

Secundum colligitur ex ipsâ gra-
tiâ sufficientis naturâ, variisque ejus offi-
ciis. Scilicet gratia sufficientis Thomistica
1.º completissimam in actu primò ad opus
bonum confert potentiam. 2.º Homota-
li auxiliò instructus bene operaretur si
vellet. 3.º Ideò non operatur, quia non
vult operari, illiusque culpa est, quòd
nolit. 4.º In gratiâ sufficiente offer-
tur efficax, quam Deus paratus est dare,
quamque certissimè daturus esset, ni-
si voluntas impedimentum apponeret.
5.º Denique homini gratiâ sufficiente
instructo ideò duntaxat denegatur efficax,
quia impedimentum obicit illius recep-
tioni, quòd potest non objicere. Hæc
omnia ultro fatentur Thomistæ, ea-
que variis S. Thomæ testimoniis con-
firmant; ex 2. Dist. 28. q. 1. a. 4. lib. 3.
contra gentes, c. 159. Quæst. 3. De malo, a. 1.

His et aliis, que prætermittimus,
positis, inferunt Thomistæ, hominem au-
xiliis sufficientibus adjutum esse liber-

280. rimum, meritoque ipsi imputari, quod non
agat. Deus enim paratus uberiora gratia
auxilia conferre, primo per gratiam exi-
tantem movet voluntatem: voluntas au-
tem in primo illo instanti plenam habet
potentiam ab omni vinculo et fortiori
ideocobra solutam: sic ergo ad hanc vel illam
actionem libera et indifferens, vim elec-
tivam habet vel motioni obtemperandi,
atque ita gratiam adjuvantem seu effi-
caciem obtinendi; vel motioni gratia
resistendi, atque ita gratiam efficacem
in sufficiente oblatam rejiciendi, et ipsi
obices ponendi. Ita gratiam physicè
præmoventem cum libertate hominis,
ipsiusque inexorsabilitate conciliant Tho-
mistæ.

Ceterum observant, nihil omnino
nocere suo systemati, quod in eo non ita
facile conijci possit divina motionis cum
libertate concordia: ardua siquidem ab
omnibus Ecclesie Doctoribus semper ex-
istimata fuit hæc gratia cum humana
libertate conciliatio. Quin et ipse perspi-
cuisimus gratia Doctor Augustinus, se
hæc difficultate plurimum premi discrete
testatur, lib. 2. de peccat. merit. et remis.
c. 18. his verbis: Ipsa etiam ratio quemli-
bet nostrorum quærentem vehementer an-
gustat, ne sic defendamus gratiam ut
liberum arbitrium auferre videamur:
rursus ne liberum sic asseramus arbitri-
um, ut superba impietate ingrati Dei gra-
tia judicemur. Quod idem a tibi sapissime
repetit, præsertim c. 47. libri de grat. Christi.

Porro quam longè istud Thomistarum^{281.}
 gratia Systema à Janseniano distet, vel ex
 dictis abunde patet. Ipsemet Jansenius
 pluribus in locis, præsertim lib. 8. De gratiâ
 Christi c. 2. varia Discrimina profert inter
adjutorium Dei medicinali, et prædetermi-
nationem physicam, prout à Defensoribus
ipsis Thomistis defenditur. Hic est Ca-
 pituli titulus; quo semel posito, pergit, et
 octo recenset atque assignat Discrimina:
 unde concludit, Defensores præmotio-
 nis physice, seu gratiæ per se efficaciæ Thomis-
 tarum*, se magis Aristotelicos, quam Augus-
 tinianos demonstrare: Nam, inquit, præ-
 determinationis hæc asserta... universam ejus
 S. Augustini doctrinam inexplicabiliter con-
 fusionem perturbat. Id ipsum celeberr-
 res Jansenii discipuli, ut Annabius, Saint-
 Amour, Auctor generalis Historiæ Jansen-
 ismi, candidè fatentur.

Et sanè 1^o gratia physica præmovers
 Thomistarum se tenent in parte actus Secun-
 di duntaxat, at contra gratia efficax Jan-
 senii ex parte actus primi et potentie.

2^o Thomista admittunt gratiam sufficien-
 tem potentiam in actum, non verò ipsum ac-
 tum tribuentem; minime verò Janseniani;
 parvæque gratia illa, quam sufficientis gra-
 tiæ loco substituere videtur Jansenius, sem-
 per producit deliberatos quosdam actus im-
 perfectos, velleitates libidet, infirma deside-
 ria &c, adeoque actum semper elicit. De-
 nique, ut cetera taceamus, quæ apud Tour-
 nelium* videri possunt, 3^o Systema Jansen-
 nii circa gratiam repetitis censuris à Sum-
 mis Pontificibus et ab Eugenio proscriptus fuit;
 non verò Systema Thomisticum, longa enim

* Dei præmotio-
 nem, quam Tho-
 mistæ ad quasun-
 que actiones neces-
 sariam volunt, ubi
 agitur de operi-
 bus naturalibus,
 appellant præmo-
 tionem physicam;
 quod opera verò
 Supernaturalia,
 eam gratiæ per
 se efficaciæ nomine
 insigniunt.

* De gratiâ post. his-
 toriâ, Dissert. 8.
 art. 3. §. 3.

R

282. est atas, ex qua spectante Ecclesia publice pro-
pugnatur; Summiq[ue] Pontifices sedulo pro-
hibuere, ne ulla ipsi nota inueneretur.

249. Systema Augustinianorum.

Nomine Augustinianorum intelli-
guntur ii, qui gratiam, non quidem rela-
tivè et per gradus, sed absolute et ex natu-
rà suà moraliter efficacem propugnant.
Hi autem, ut mentem suam exponant,

1º Distingunt inter opera natu-
ralia, et supernaturalia: item inter Sta-
tum naturæ innocentis, et naturæ lapsæ.

2º Volunt liberas quaslibet creatu-
ras in quovis statu ad singulas actiones na-
turales actuali Dei concursu indigere. 3º
Concursum hunc non esse præviuum ac phy-
sicè determinantem, sed simultaneam,
indifferentem, per se flexibilem et volun-
tatis arbitriò relictum; ita ut hic et nunc
Deus concurrat, quia voluntas se se determi-
nat ad agendum, et non e contra. 4º

Quoad opera Supernaturalia creaturas eas-
dem in quolibet statu indigere speciali
quodam ac Supernaturali actuali gra-
tia adiutorio. 5º Hujusmodi gratia-
m in statu naturæ innocentis non fuisse
ex se se vel ex naturâ suâ efficacem, si-
cuti nunc est, sed versatilem. 6º Nul-
la proinde tunc fuisse decreta absoluta, ef-
fuscia et antecedentia liberum voluntatis
creata consensum, nullam prædestinatio-
nem ad gloriam ante prævisa merita, nul-
lam reprobationem nisi ex prævisis actuali-
bus peccatis. 7º Gratiam ex se se effi-
calem ad singula præsentis status opera su-
pernaturalia exigunt. 8º Hujus gratiæ
necessitatem ex solâ humana voluntatis

282. 130.

infirmitate repetunt; nullo autem pacto ex natura creata à Deo pendentis subordinatione ac Subiectione. 283.

9^o. Eiusdem gratiae naturam ut plurimum istam esse contendunt in suavitate et delectatione, non quidem per gradus, sed simpliciter et absolute vitrii, per quam Deus liberrime, sed certo et infallibiliter ad bonum inflectit. Dixi, ut plurimum, non enim negant hujus Systematis Defensores, aliis modis Deum in voluntatem agere: ultra fatentur cum S. Augustino, lib. i. ad Simplic. miris et ineffabilibus modis Deum homines ad se vocare et trahere. Efficax gratia illa physice quidem afficit et praevenit voluntatem, sed moraliter duntaxat illius consentum operatur, quem Deus unicum homine per gratiam adjuvantem seu cooperantem producit.

10^o. Praeter hanc gratiam efficacem, aliam admittendam esse agnoscunt, quae appellatur gratia Sufficientis, quae dat voluntati satis vicium, ut verè possit mediate vel immediate opera pietatis exercere, quaeque tamen nusquam suum consequitur effectum, nisi acciperit uberius gratiae efficaciis auxilium.

Utraque haec gratia, Sufficientis scilicet, et efficax, iuxta Augustinianos, est auxilium Christi medicinale: hoc quidem speciale et praeipuum, de quo saepissime loquitur S. Augustinus, quodque confert voluntati vires efficacissimas; altera vero, auxilium medicinale merè Sufficientis, de quo etiam frequenter idem S. Doctor; quodque relativam ac completissimam in ratione potentiae

284. tribuit ad opus bonum potestatem.

11^o

Quando Deus efficaciter aliquem vocare ducit, tunc auxilium per se efficax tribuit; ceteris autem pro loco et tempore sufficientem gratiam largitur, quâ possunt implere præcepta, vel certe uberius auxilium impetrare, per quod illa impleant.

12^o

In illo Systemate admittenda sunt decreta absoluta et ex se efficacia quoad opera supernaturalia præsentis status.

13^o

Præsentia hujusmodi operum fundatur in dictis decretis ex se efficacibus.

14^o

Prædestinatio est omnino gratuita.

15^o

Reprobatio positiva fit propter actualia cuiuslibet peccata; negativa vero ex sola peccati originalis prævisione.

Plurique præfatum Systema emollire tentarunt, inde dicti molliores Augustiniani. Distinguunt illi inter opera facilia et difficilia: gratiam à se efficacem non requirunt nisi pro operibus difficultibus; pro operibus vero facilibus, oratione præsertim, gratiam versatilem ita proximè et immediatè sufficere contendunt, ut suum quandoque sortiatur effectum absque ulteriori auxilio præveniente.

Manifestum est omnino ac exploratum, in eo Systemate facile solvi graviores difficultates ex inexorabilitate hominis, necnon ex concordia libertatis cum gratiâ repetitas: Scilicet ubi agendum occurrit opus difficile, semper adest homini præsertim justo gratia verè ac relativè sufficiens, cum quâ potest orare ut oportet; siquæ à Deo impetrare gratiam ex se efficacem ad

Prim. Ann. n.
pag. 131.

opus istud peragendum necessariam. En ^{285.}
quibus omnibus patet etiam, Systema istud
à Janseniano plurimum differre. Huc enim
redeunt omnia ferme Jansenianum Syta-
ma inter et Thomisticum prius assignata
discrimina. Tria huc paucis indicamus.

Primum, omnino negatur ab his ^{ca- 250.} 139
tholicis Delectationis simpliciter victorius In-
~~ferioris~~ fensoribus palmare illud Jansenii
principium: vires Libiet electivas per pec-
catum primi parentis penitus esse amissas,
illisque successisse duplicem Delectationem,
ex qua voluntas omnes vires suas mutua-
tur: asserunt nempe vim electivam, sive
ad bonum, sive ad malum capeditam,
non repeti à gradualis Delectationum
intensione; sed respectu mali natura-
liter completam esse et perfectam, ad
bonum autem supernaturale perfici
et compleri gratia sufficientis virtute
omnino independente à gradibus Delec-
tationum: quare juxta illud Systema,
ex eo, quod ad aliquod objectum prose-
quendum voluntas vel nulla, vel minus
intensa Delectatione moveatur, non se-
quitur, sicuti in Systemate Jansenia-
no, quod inferiorem habeat vim electi-
vam circa illud objectum.

Secundum, Gratiam efficacem
in Delectatione non relative, sed abso-
lute duntaxat victorii reponunt, cui ab
humana voluntate verè resisti potest,
sicut et promotioni physica.

286.

tertium præter gratiam efficacem alia ab ipsis admittitur, scilicet sufficiens, quæ veram confert potentiam et relativam ad quamlibet concupiscentiam huius et nunc urgentem vincendam.

251.

Systema Molina.

Molina in Concordia, et in suis ad primam S. Thomæ partem dissertationibus, omnem gratiam per se et ab in-
trinsecis efficacem, tanquam libertati prorsus inimicam explodit, asseritque, in quolibet statu, omnem gratiam actualem, prout à Deo venit, hoc unum voluntati præcisè tribuere, nimirum ut verè et expeditè huius et nunc operari possit, eaque hominem ad arbitrii sui libitum absque ullo uberiori ac præveniēti auxilio uti vel non uti, ita quom si eam uti velit, eam efficacem reddat; inefficacem vero, si eam uti abnuat. Ita ipse in Concordia q. 14. a. 13. Disput. 40.

Unde in eo Systemate 1^o gratia sufficiens et efficax naturâ et entitate à se invicem non distinguuntur: gratia efficax nihil ex parte sui includit, quod alia pariter, quæ inefficax est et merè sufficiens, non includat; sed eadem omnino, modo efficax est, modo inefficax, prout voluntas ei consentit vel resistit: imò minus auxilium, minor gratia quandoque est efficax, majus vero et intensius auxilium, inefficax.

2^o Gratia divina efficacia ex humana voluntatis

consensu et arbitrio pendet, ita ut ad mu- 287.
tum et beneplacitum hominis volentis ei
consentire, vel ei consentire nolentis
efficax reddatur vel inefficax: neque
ideo libera hominis voluntas bonum velit,
quia gratia efficaciter impeditur ac cer-
to determinatur, ut hic et nunc velit;
sed è contra ideo gratia efficax sit, quia
voluntas suo arbitrio vult id, ad quod gra-
tia exiit, ipsamque ad influendum hic
et nunc determinat. Ita ipse loquitur.

Gratiam autem ex humana vo-
luntatis consensu reddi efficacem, non
ita vult intelligi Molina, quasi consen-
sus vim aliquam gratiae tribuat, il-
lamque reddat efficacem in actu primo;
omnem enim gratiae vim et energiam
à solo Deo autore proficisci ultro fate-
tur: sed hoc unum duntaxat intendit,
consensum illum, ut hic et nunc, et
certo sit, à sola voluntate tanquam à
causâ gratiam determinante pendere;
hincque consensum esse conditionem,
quâ positâ gratia redditur efficax in actu
secundo, seu cum effectu conjuncta: esse
remodò, quo Sacramenta signa sunt ex
se practica et in actu primo efficacia
gratiae; attamen ex dissipantium dis-
positionibus, tanquam à conditione,
quam non inferunt, sed supponunt, om-
nino pendet, ut sint in actu secundo effi-
cacia, gratiamque re ipsâ producant.
Ita colligitur ex Molinâ loquitur. prae-
sentim q. 23. art. 4. et 5. Disput. membrò 6.

3^o. Quod ex prioribus consequitur, gratia actualis in eodem systemate generaliter et proprie non dividitur in sufficientem et efficacem, cum sufficientis non distingatur ab efficaci, sed inefficacissima sit, quae ex humana voluntatis beneplacito redditur efficax: verum loco dicta divisionis gratia sufficientis dividi potest ac debet in efficacem ex eventu seu ex effectu, et inefficacem.

Cum vero docet Molina, penes voluntatem esse absque novo ex parte Dei auxilio gratiam sufficientem reddere efficacem, id non debet intelligi de auxilio qualicumque, sed de uberiori dumtaxat ac prævio. Duplex quippe in systemate Molinae intervenit Dei actio seu physicus influxus, quando voluntas gratiae consentit. Primus est ipsamet gratia præveniens, seu motus indeliberati pie cogitationis in mente ac pie motionis in voluntate, quibus moraliter invitatur et adiutur ad consensum: Secundus est concursus Supernaturalis, quo Deus efficienter agit cum voluntate, ipsamque consensum physicè producit. Ita ipse cit. q. 14. a. 13. disput. 40. Unde infert, Deum esse causam primam et præcipuam cujusumque actionis Supernaturalis, quia ad eam duplici modo influat. 1^o per gratiam prævenientem, quae vires voluntati tribuit. 2^o per gratiam cooperantem, seu concursum, qui adiuvat ad actum perficiendum. Influxus porò ille seu con-

unus merè simultaneus est. In quo differt²⁸⁹.
à Thomistis: hi enim proter moralem emi-
tationem, seu influam gratia exstantis,
prout supra retulimus, requirunt insuper
Dei motionem physicam naturā et causali-
tate priorem, ac prædeterminantem physicā
voluntatem ad consensum: Molina è contra
arbitratur, physicam illam Dei actionem
naturā et causalitate priorem non esse, sed
simultaneam cum actione voluntatis.

Porro in hoc Molina Systemate
rectè stare ac salvari videtur voluntas
Dei salvandi omnes homines: Deus enim om-
nibus largitur sufficientissima ad salutem
operandam auxilia. Nullo quoque nego-
tio conciliatur libertas cum gratiā et De-
cretis Divinis: tum quia voluntas creata gra-
tiam determinat, ut hæc et nunquam influat
in opus, et non vice versā; tum quia De-
creta in dicto Systemate liberam volunta-
tis determinationem nec præcedunt, nec in-
ferunt, sed præsitam supponunt. Deni-
que in hoc Systemate propugnari potest,
prædestinationem ad gloriam fieri ante
vel post prævisa merita; Deus enim nihil
absolute decernit circa liberas voluntatis
actiones, nisi prius exploraverit, quam in
partem voluntas in his vel illis circumstan-
tiis, sub hoc vel illa gratiā, sese determi-
natura sit: hoc autem semel supposito,
parum refert utrum efficaciter Deus in-
tendat prius gloriam quam gratiam; aut
gratiam prius quam gloriam; aut unius

* Per Scientiam
sibi et mediam.
vide dicta in Tract.
De Deo part. i. c. 5.
S. 3. num. 178. et seq.

3. 103.

290. et simplicissimo actu velit simul gloriam et
seriem meritorum, qua ad illam conducunt.
Attemen in eo non omnino tollitur à mys-
terio prædestinationis difficultas: cur enim
Deus talem in his vel illis circumstantiis cons-
tituat; cur illi det vel denegat ea gratia
auxilia, quibus videt eum consensurum et
perseveraturum, pendet à solâ ipsius vo-
luntate, et ad inscrutabilia eius iudicia
recurrendum.

252. Cæterum quàm longè diversum sit is-
tud Molina Systema ab errore Semipelagianorum
vel ex dictis patet; Semipelagiani enim
ad initium fidei et salutis desiderium omnem
gratia interioris prævenientis necessitatem
constantissimè negarunt, contra quam ta-

* vide Sup. c. 2. men velit Molina, ut cætera taceamus; un-
S. 3. num. 7. et seq. De eorum fero non debet temeritas, qui
Item in Tract. de Specto publico ac Solemni Sedis Apostolicæ
Deo, part. i. c. 5. De iudicio, non verentur Semipelagianismi
in respons. ad ob. 19. notam ei inuocare.

253. Systema Congruistarum.

Suares, Vasques, et alii Systema Mo-
lina circa gratiam paulò aliter adorna-
runt: asserere scilicet, gratiam tunc effi-
cace esse, quando voluntati congrua est,
hinc Congruista vulgò nuncupati.

Est autem duplex distinguenda con-
gruitas, intrinseca scilicet, et extrinseca.
Intrinseca est ea, qua desumitur ex mirâ
et internâ gratia vi ac energiâ antecedenter
ad prævisum per scientiam conditionatorum
voluntatis consensum: gratia hoc sensu con-
grua, ipsissima est gratia ex se et ab intrin-
seco efficax.

Extrinsicæ vero congruitas posita est ²⁹¹
in accommodatione, convenientiâ et attem-
peratione gratiæ cum hominis ingenio, natu-
râ, affectibus, variisque locorum ac temporum
circumstantiis, prout ista omnia Subiacent
Scientiæ mediæ: seu in eo consistit, quod
gratiæ hominis genio et dispositionibus sit
attemperata, quodque Deus eo loco, eo tem-
pore, usque in circumstantiis eam largiatur,
in quibus per Scientiam mediâ providet,
humanam voluntatem ei consensuram.
In hac extrinsecâ congruitate gratiæ effi-
caciâ reponunt.

In hoc Systemate 1^o eadem omnino
est natura et entitas gratiæ tum efficaci
tum sufficientis, quæ solâ congruitate diffe-
rent; licet enim Deus omnibus largiatur
auxilia ad beatitudinem et salutem conse-
quendam sufficientiâ, tamen quia per
Scientiam mediâ noscit quid eorum unus-
quisque in singulis circumstantiis sit acturus,
si hæc aut illa gratiæ ipsi conferatur, po-
sitâ hæc conditionatorum scientiâ, quos-
dam pro suo beneplacito et peculiari in eos
affectu seligit decreto absoluto et efficaci,
isdemque sic electis, non item aliis, desti-
nat eam gratiarum congruarum seriem,
cum quâ certissime sunt in bono perseve-
raturi, et salutem consequuturi; gratiæ effi-
cax igitur apud ipsos solâ congruitate
differt à sufficienti: efficax tamen suffi-
ciente semper major est in ratione doni
et beneficii, eo quod illa, non ista, oppor-
tunis in circumstantiis conferatur; eodem
ferè modo, quo gladius datus alium tempore
pauis et tempore belli, valitar idem gladius

292. est; attamen in ratione doni et beneficii, ma-
lior et utilior censetur tempore belli con-
cessus, quam tempore pacis. 2^o. In
eodem Systemate gratia Sufficientis comple-
tam et perfectam confert bene agendi po-
tentiam, non dat tamen operari, ut potè
non congrua: huius autem inefficacia cau-
sa nec in Deum refundenda est, qui grati-
am eo animò concedit, ut operetur; nec
in ipsam gratiam, quæ voluntati vires de-
bellanda huius et nunc prementis concupiscenti-
æ idoneas subministrat; sed humana
voluntati unice tribuenda est, quæ cum
illâ Sufficiente gratiâ bonum velle et ope-
rari potest, nec vult. 3^o. Congruista cum Mo-
lina consentiunt in eo, quod caput est,
nempe gratiam efficacem naturâ et vir-
tute non distinguere à Sufficiente, omnem-
que gratiam ex se et ab intrinsecò effi-
caciem, ut libertati planè inimicam, om-
niò explodendam esse: ast ab illo discre-
pant, quòd gratiæ efficaciam in quadam
congruitate, quæ voluntatis humanæ con-
sensum eliciat, sensu antea exposito, cons-
tituant; Molina è contra hanc gratiæ
efficaciam à solo consensu, aut eventu et
effectu repetat.

Præterea Congruista omnes, spe-
cialelem, efficacem, absolutum et antee-
dentem Dei erga electos affectum agnos-
cunt. An autem affectus ille primò sit
ad gloriam, postea ad certam gratiarum
congruarum Seriem et merita; an è contra
primò sit ad gratias congruas et bona opera,
deinde ad gloriam, sündentur in varias
opiniones. Nonnulli existimant primò

4. 134.

ferri ad gloriam, sicque praedestinationem 243.
esse ante praevisa merita; alii aliter opinantur.

Systema Thomassinii. 254.

Thomassinus, Dogmat. Theolog. tom. 3.
trat. 4. c. 18. Gratia efficaciam reperit in
aggregatione plurimorum auxiliorum,
quibus tum foris tum intus divina gra-
tia voluntatem hominis ita aggreditur
ac quasi obsidet, ut ab eâ consensum certissi-
mè obtineat: ait itaque, ineluctabilem
vim gratia victorius consistere in multitu-
dine, varietate, consonantiâ et conspira-
tione plurium auxiliorum, interiorum
exteriorumque, quorum singula seorsim
frustrari possunt, quin et frustrantur quan-
doque per libertatis humana contumacem
dissensum; at universa obstinatissimos
quosque fatigant tandem, et multitudi-
ne, conspiratione, indefessa oppugnatio-
ne suâ ad assensum tandem pertrahunt.
His porò omnibus auxiliis hominum volun-
tates moraliter duntaxat, non physicè
praedeterminari ac insuperabiliter im-
mutari, et invictissimè inflecti, quo-
cumque Deus voluerit: huiusque moralis
praedeterminatio, inquit, peraque invic-
ta est et infalibilis, ac si physica esset.

Addit his gratia auxiliis posse resis-
ti, singulis tamen, non universis: idque Jus-
tus illustrat exemplis. 1. num. potest pecca-
tor singula declinare crimina, non omnia:
2. dum potest justus singula declinare
peccata venialia, non omnia. Ita potest
voluntas singulis reluctari gratia motioni-
bus, non universis.

294.

Tandem concludit ad explicandam vim et efficaciam gratiae recurrendum non esse ad exploratricem conditionatorum scientiam; atque ad id desiderari sapientiam duntaxat et infinitam potestatem Dei, cui obvia et ad manum sunt innumerabilia adminicula, quibus, quis voluerit, hominum voluntates ducere, et unde voluerit retrahere potest. Haec ratione existimat, se mediam quasi viam aperuisse inter sententia media et promotionis physicae extremas sententias; hocque pacto declinare incommoda, quae in Thomistarum et Molinistarum opinionibus occurrunt, et urgeri solent.

255.

Systema Turnelii

Turnelius ita Congruistarum et Augustinianorum Systemata inter se adaptare et connectere videtur, ut tamen magis ad horum sententiam propendeat, imò illam amplecti videatur; tunc enim admittendam esse gratiam per se et ab intrinsecò efficacem, contra quam sentiant Congruista. Igitur

1^o observat, gratiam dici posse efficacem duobus modis: nimirum in actu primò, antecedenter ad consensum voluntatis; et in actu secundò, consequenter scilicet ad illum consensum. Gratia efficax in actu primò est vis ipsa gratia, quatenus potest certò et infalibilibiter exprimerè voluntatis consensum. Gratia efficax in actu secundò, est vis eadem seu motio gratia juncta cum actu. Hanc nonnulli Theologi gratiam efficientem ap-

5. 155

pellare malunt, quam efficacem, in - 295.
quit ipse.

2^o. Certissimum esse dari in presen-
ti statu gratiam efficacem, per quam
scilicet voluntas certò et invictè ad bonum
determinatur.

3^o. In praesentiarum potissimum
questionem esse, undenam gratia illi-
us efficacis, quam omnes admittendam esse
docent, repetenda sit vis et energia; seu
undenam oriatur certitudo et infalli-
bilitas conuenientis gratiae efficacis cum
suo effectu. An ex praesentia divina,
ut volunt Molinista et Congruista: an
ex Dei voluntate et omnipotentia, ut
contendunt Thomista. His positis

Concludit; 1^o Efficaciam gratiae
formaliter et praesens consistere in spe-
cialiquadã aptatione, seu congruita-
te, conuenientia, et contemperatione
gratiae cum voluntate illius, cui datur.

2^o. Congruentiam illam seu contem-
perationem, per quam gratia reddi-
tur formaliter efficax, repeti debere
ex omnipotentia divina, et ex ipsa ra-
tione ac virtute gratiae ipsi intrinse-
cã. 3^o. Idam virtutem intrinsecam,
quae reddit gratiam per se congruam et
efficacem, ut plurimum consistere in
quãdam suauitate et dulcedine, seu de-
lectatione ex se se et absolute victrii.


4^o. Nec tamen illam gratiae congrui-
tatem et efficaciam unice et adaequate
repetendam esse ex interna suauitate
ac victrii eius delectatione; sed quan-

246. Inque per Delectationem, quandoque per
timorem, Spem, mirisque aliis ac innum-
merabilibus modis Deum homines ad se
efficaciter vocare ac trahere*. 5.º De-
nique, prouidè esse admittendam grati-
am per se et ab intrinsecò efficacem.

Omnia hæc gratia systemata
orthodoxa sunt: in illis enim omni-
bus statuitur, gratiam esse absolutè
necessariam ad qualibet etiam facilis-
sima pietatis opera, eamque esse plenè
gratuitam, et stare cum liberò volun-
tatis arbitriò, quæ tria Catholicum dog-
ma expriment, uti sapiens docet S. Au-
gustinus præsertim lib. de corrept. et grat.
c. 1. et lib. de dono persever. c. 2. Unde
nemini privato licet unquam ex diuisiopi-
nionibus, quas Ecclesia tolerat nec impro-
bat, aliqua censura notâ perstringere:
ex earum quippe numero sunt, in quibus,
ut ait idem S. Doctor, saluâ fide, quâ
Christiani sumus, ab invicem dissentire li-
cet; et ut loquitur Tertullianus, in his
questionibus et refellere sine pertinacia,
et sine iracundia refelli paratus
esse debet quilibet paus ac moderationis
studiosus.

256. Quodsi verò quis à nobis scire ve-
lit, quid nos in tantâ Sententiarum et opi-
nionum circa arduam hanc et planè diffi-
cilem de gratia efficaci naturâ et essen-
tiâ questionem varietate sentiamus;
ingemè fatemur, nos illorum Sententia
adhærere, qui, cum videant adductas opi-
niones vel non satis dignè ex parte Dei;

* Eul. 1. v. 24. Timor Domini
expellit peccatum. 5.º De-
Jerem. 32. v. 40. Si-
morem meum dabo
in cor eorum, ut à
me non recedant.
Matth. 10. v. 28. No-
lite timere eos, qui
occidunt corpus, ani-
mam autem non
possunt occidere:
Sed potius timete
eum, qui potest et
animam et corpus
perdere in gehem-
nam. Et Philipp.
2. v. 12. Cum me-
tu et tremore sa-
lutem vestram
operamini.

vel minus tute ex parte libertatis humana; vel 297.
nimis arctè nec satis adquatè ex parte ipsius gra-
tia, ejusdem efficaciam exponere, adeoque
quamlibet ex mox enumeratis opinionioni-
bus gravissimis intricatam esse difficultati-
bus; aliunde verò intelligant, modum agen-
di gratia unum esse ex imperviis Religionis
Christiane mysteriis; eas omnes ultrò dimit-
tunt, Satis esse arbitrati, si dicatur, vim
et efficaciam gratia miris et ineffabilibus
modis in nobis operari, qui satis explicari
et exprimi non possunt. Igitur candidè
huc nostram hae de re ignorantiam profi-
temur, nihilque aliud scire nos reputan-
tes, nisi, quod mens humana per gratias
sufficientes sive externas, ut sunt praedicatio
verbi divini, piorum virorum adhortationes
et exempla, p. sive internas, ut sunt divina
inspiraciones, illustrationes, impulsiones,
motiones, p. ita disponatur et preparatur,
ut superveniente adhuc alià gratià, qua
efficax munipatur, simul cum eà, id est
eodem momento, ita tamen, ut hae gratia
dignitate et naturà humanae mentis ope-
rationem precedat, ultrò et infalibilibiter
sed pro ingentia sibi libertate, liberè bonum
operetur et amplectatur, adeoque non
ipsa sola, sed, prout loquitur Apostolus, * 1. Cor. 15. v. 10. 
gratia Dei secum. Verbo, totam vim
et efficaciam gratia reponimus in vir-
tute quãdam supernaturali nobis prorsus
incognitã, que ex omnipotentissima
Dei voluntate habet, ut liberè quidem
voluntatem, sed invictè et infalibilibiter
ad bonum moveat, ac determinet. Ita
colligimus ex S. Augustinò, lib. De grat.

156. 6.

298. Chr. c. 24. ubi, Legant, inquit, et intelli-
gant, intueantur atque fateantur; non
lege aut doctrinā forinsecus, sed internā
et occultā, mirabili et ineffabili potestate
operari Deum, in cordibus hominum, bonas
voluntates. Et lib. de concept. et grat.
c. 5. Quamvis non negetur, Deum posse,
quem velit, etiam nullo homine conipiente,
corrigere, et ad dolorem salubrem poeniten-
tia occultissimā et potentissimā medicina
sua potestate perducere. Ibid. Quare
isti sic, illi aliter atque aliter, diversis et
innumerabilibus modis vocentur, ut refor-
mentur, absit, ut dicamus, iudicium huius
esse debere, sed figuli. Item lib. de
predest. SS. c. 20. Deus in nobis mirabili mo-
do et ineffabili operatur velle. Denique,
ut multa alia pretermittamus, In Psalm.
87. Nimis, ait, occulta Dei gratia est, quā
hominum mentes quodammodo reviviscunt,
ut possint à quibuslibet eius ministris prae-
cepta sanitatis audire.

Et sane mirum profecto videri de-
bet, quod, cum hactenus nemo compren-
dere valuerit, quā ratione mens humana
quae merus spiritus est, nullamque ex sua
naturā ad corpus relationem aut connex-
ionem dicit aut habet, tamen non modo
ei intimē conjuncta sit, sed ita in illud
agat, atque imperium suum exerceat, ut
ex solā suā et unicā cogitatione illud in-
fallibiliter moveat: tamen reperire sit
Theologos, qui modum et rationem, quā
Deus per suam gratiam in nos agit, nosque
mouet, expiscari et explorare audeant, imō
se sine ultra venditent. Cum tamen istud lon-
gē altioris indaginis sit, et mentis humanae in-
tedigentiam longē magis superet, quā illud.

Atque haec De gratia Christi dicta 299.
Sufficiant; in quibus, si quid nobis incautus
minus sanum et rectum evadisse deprehen-
datur, pro non dicto ac revocato habemus.

Finis.

7


300.

me
hi
ul
In
la
fo
ti
tu
qu
er
qu
po
tu
gm
ru
de

arg
mo

pro
rit
ani
ter


p
len
mod
grat
cale
ti
lu



Prohæsis.
Ad Theses Theologicas Selectas
Ex
Tractatu de gratiâ Christi.

Expensio pro viribus nostris Augustissimi
Incarnationis Dominiæ Mysteriorum, Stu-
dii nostri Theologici ratio et ordo postulavit
ut de gratiâ Christi dispereremus. Enimvero
Incarnatio se habet ad gratiam, sicut cau-
sa ad effectum, fons ad rivum: namque
Filius Dei incarnatus factus est nobis justi-
tia et Sapientia, quatenus nobis promeri-
tus est omnia gratiarum genera, quas tan-
quam vivificum Ecclesiæ caput in eam, quæ
est corpus ejus, continuo influit. Ergo post-
quam ea, quæ spectant Incarnationem ex-
posuimus, tum expendendi nobis fuere fruc-
tus ejus, id est, quam pretiosa, quam ma-
gnifica, quamque necessaria sint gratia-
rum dona, quæ ex illo mysterio emanant,
demonstrandum fuit.

Arduum profecto et scopulis plenum
argumentum hæc tractavimus, totque sum-
morum ingeniorum naufragio famorum, ut
propius audentibus nobis timorem inesse-
rit. Suavitate quidem suâ mortalium
animos Gratia demulcet; at circumfusa
terret obscuritate; blanditur officiis, sed
pungit aculeis. Si beneficam gratia indo-
lem, si derivata in nos innumera ipsius com-
moda spectaverimus, nihil ad cognoscendum
gratiâ salubrius, juvenius nihil. Est illa
caelestis aura particula, quæ benigne affla-
ti, ac divina natura participes facti, Fi-
lii Dei nominamur, et sumus. Est



301. 257.
wird folget,
soll nicht gedenkt
werden!



fons aquae viva salientis in vitam aeternam.
 Si vero Gratia vim internam, looperandi mo-
 dum, si mensuram distributionis, vel cum hu-
 manâ libertate concordiam inspicere propius,
 ac rimari tentaverimus, quam tenebrosa,
 quam humano menti impervia et inaccessa
 divinorum arcanorum Majestas! Hinc
 S. Augustinus strenuus ille Gratiae Christi
 vindex, Quaestio ista, inquit*, ubi de arbi-
trio voluntatis, et Dei Gratia disputatur,
ita est ad discernendum difficilis, ut, quando
defenditur liberum arbitrium, negari Dei
Gratia videatur; quando autem aperitur
Dei Gratia, liberum arbitrium putetur au-
ferri.

* lib. de gratia Chr.
 c. 47. n. 52.

Resit ac mirè implicatur hujus argu-
 menti obscuritas non solum ex variis et ex-
 tremè contrariis Haeticorum erroribus,
 sed etiam ex concertationibus inter Catho-
 licos subortis. Omnes quidem mediâ et re-
 giâ viâ incedere nituntur; quia tamen
 illam arctam et angustam Haeticii red-
 diderunt, via iter peragere possunt, quin
 ad dexteram vel sinistram declinare vide-
 antur; maximè verò, cum nonnulli, quod
 minimè nobis probatur, privata sua sensa
 velit totidem fidei decreta liberius obtu-
 dendo, se se mutuâ censurâ miserè discer-
 punt ac dilacerant; quamvis ad fidei dogma
 aliquod propugnandum aut eliquandum hu-
 jusmodi privata sensa et opiniones non ad
 modum conferre videantur, ut quae utrim-
 que inerta sint et errori obnoxia. Qua-
 propter à quolibet catholico ignorari, imò
 negligi eas posse tuto edicimus.

303.
Nos igitur, in tractando hoc augustissi-
mo et impervio Gratia Spiritus mysterio,
eam invimus rationem, ut ad fidei dogma,
quod Euleria iudicio et sententia defini-
tum est, potissimum intenti, hae duntaxat
explananda ac probanda in nos suscepere-
mus: Scilicet Summè potentem esse vim
Gratia coelestis ad inclinanda, quo Deus vo-
luerit hominum corda. Vim illam seu
virtutem Gratia à Deo auctore et paren-
te esse. Sub eà dominatrice liberam sem-
per remanere hominis voluntatem, ut ipsi
obsequatur vel resistat. Humanam
voluntatem divinà gratia excitatam et
adjutam activè concurrere ad opus bonum.

Denique indivisam esse, non partitam
gratia et libertatis, quoad opus bonum
actionem.

Quantum verò ad Schola circa eam-
dem Gratiam opiniones, quae, salva fidei
veritate ac majestate, hinc inde à Theo-
logis propugnantur, quamvis eas non
omnino contemnamus, sed, quantum
possunt, valere jubeamus; ut potè qua
ad ingeniorum exercitium, et, si non ad
omnimodam fidei elucidationem, tamen
ad quantamcumque dogmatis confirma-
tionem conferre non paucis magna
nota viris videantur; nihilominus illis
longius immorari, aut uni potius quam
alteri adhaerere volumus; sed eas sin-
gillatim retulisse, et velut enumerasse
duntaxat sufficere nobis arbitrati su-
mus: Quod Subjecta Theses ex Augustissi-

304. mo hoc gratis Christi tractatu Selecto,
quas modo publica Disputationi exponi-
mus satis superque produnt: et ad quas
oppugnandas p.p.

Amis

Theses Theologicae Selectae

305.
258.

Ex
Tractatu de Gratia Christi.

De
Natura et Divisione Gratiae.

1

Gratia inde nomen accepit, quod gratis datur. Hinc generatim definitur, Bonum à Deo gratis datum. Nos vero hic eam sumimus, prout est beneficium aliquod Supernaturale homini indigno et peccatori collatum, atque Gratia Christi appellatur, necnon definitur Bonum Dei gratuitum Supernaturale homini lapsi concessum per merita Christi Domini in ordine ad vitam aeternam.

Multifariam dividi solet. Nos hic praecipue illud Gratiae genus spectamus, quod gratum faciens atque ad propriam recipientis salutem datur munusculum. Haec duplex est; Habitualis nempe seu Sanctificans, quae videlicet anima permanenter inhaeret per modum habitus, et quâ homo constituitur permanenter justus seu sanctus, Dei amicus et filius adoptivus, sicque ad vitam aeternam disponitur: et Actualis, quae dicitur auxilium internum, Supernaturale, transiens, quo Deus creaturam intellectualem illustrat, excitat et adjuvat ad eliciendos actus salutare, adeoque est illustratio seu cogitatio Supernaturalis in intellectu, et pia affectio similiter Supernaturalis in voluntate. Praecipua et famosa est illius divisio, quâ partitur in sufficientem et efficacem. Prior

est ea, quae potest habere, sed non habet effectum ad quem datur, idque ex sola culpa voluntatis ei consentire venientis. Posterior vero est ea, quae non solum potest habere, sed etiam certo et infallibiliter habitura est effectum, si datur.

De Diversis natura Statibus
in ordine ad gratiam.

2.

Status nomine huius intelligitur certa quaedam natura humana conditio in ordine ad finem suum ultimum iuxta ordinem divinae providentiae. Generali divisione partitur in Statusum viae, et Statusum patriae.

Status viae est, in quo tenditur ad beatitudinem, et qui omnium nostrum huius in terris mortalem vitam agentium esse dignoscitur. Status patriae est is, in quo possidetur beatitudo, et Beatorum in caelis Regentium proprius. Status viae, de quo solo huius loquimur, dividitur in eum, qui revera existit, nempe natura innocentis; et in eum, qui de facto existit, nempe natura lapsa per Christi merita reparata; ac denique in eum, qui quidem nunquam existit, sed tamen possibilis videtur: huiusque triplex vulgo statuatur, scilicet natura integra, in quo homo esset sine peccato et sine gratia ordinante ad finem supernaturalem, sed tamen cum auxiliis quaedam naturali, indebito nihilominus meritis aut exigentia naturae, quo immunitur redderetur à discordantis concupiscentia motibus; seu quo posset impedire, ne appetitus sensitivus con-

tra rationem insurgeret. Natura pura 307.
in quo homo obnoxius esset Deordinatis conu-
pissentis motibus, omnique ordinis natura-
lis auxilio, quo natura in officio contineri pos-
set, destitueretur. Et denique natura
lapsa nunquam reparanda, in quo scilicet,
post prevaricationem Adami, remansisset
Genus humanum, Si Deus misericordia
sua nostra miseria non consulisset per
Christum, aut per aliquod aliud remedium,
ut nos a peccato liberaret.

3.
Contra Pelagianos et Doimianos cum Ec-
clesia Catholica tuemur, Protoparentes nos-
tros creatos fuisse in iustitia originali, id est,
à Deo in primo creationis suo momento ob-
tinuisse competentem rerum cognitionem,
gratiam Sanctificantem, Subjectionem ap-
petitus, et immortalitatem corporis.

4.
Tuemur etiam cum eadem Ecclesia Catho-
lica contra Lutherum, Calvinum, Bajum,
et Jansenium, Iustitiam originalem, ce-
teraque gratia dona ac beneficia primis
parentibus nostris in ortu suo concessa, vera
Supernaturalia fuisse et ipsis proorsus indebita,
nec ubi tenus dici posse creaturae sancte et in-
nocenti debita ac naturalia.

5.
Male et contra Ecclesia Catholica men-
tem sentiunt Lutherus, Calvinus et Janseni-
us, Gratiam Status naturae innocentis, seu
ut ajunt, Sanctitatis Adami concessam à gra-
tia Status naturae lapsae, seu nobis ejus poste-
ris post lapsum data, quam medicinalem
nuncupant, in eo differre, quòd gratia Sa-

308. nitatis ab Adamo repudiari potuerit, Gratia medicinalis verò à nobis repudiari et rejici non possit, sed ipsa voluntatem nostram necessario determinet. Unde merito sunt explodendi.

6.
Demis contra Lutherum, Calvinum, Barmam et Jansonium Status natura pure omnino possibilem esse, nec pugnare cum providentiâ, Sapientiâ, bonitate et aequitate Dei contendimus.

De gratiâ Habituali, seu Sanctificante et justificante

7.
Gratia habitualis seu Sanctificans ex dictis Thesi primâ rectè definitur Donum Dei Supernaturale anima intrinsecè et permanentè inherens per modum habitus, quo homo formaliter et permanentè redditur justus, Sanctus, Deo gratus, filius Dei adoptivus, et haeres vitae aeternae. Unde explodendi sunt Lutherani et Calvinista, qui peperam et falsè asserunt, Gratiam habitualem seu justificantem esse extrinsecam dumtaxat Dei favorem, quo ipse peccata condonat, et Christi justitiam seu merita homini imputat.

8.
Contra Aetholicos tuemur fidem, quae necessaria est ad justificationem non esse specialem promissionum fidem, sed dogmaticam seu Catholicam fidem, firmum scilicet ac certum assensum rebus omnibus à Deo revelatis. Nec solam fidem justificare. Neminemque, seclusâ speciali revelatione divinâ, fide divinâ credere posse aut debere sibi remissa esse peccata. Si-

Dem quoque et justitiam semel habitas ^{309.}
amitti posse, nec ad solos electos pertinere.
Justificationem denique, seu justitiam,
quâ formaliter justus sumus, non esse in om-
nibus aequalem.

De merito Justi.

9.
Datur meritum proprie dictum, sive
bona iustorum opera verè ac proprie sunt
meritoria, atque iis etiamnum de condi-
quò mereri ipsi possunt beatitudinem eter-
nam: proinde repellendi sunt Anatholici
id negantes.

De gratiâ actuali.

10.
Gratia actualis ex dictis thesi primâ
generativè definitur Auxilium internum
Supernaturale, transiens, quò Deus crea-
turam intellectualem illustrat, excitat, et
adjuvat ad eliciendos actus salutare. Sine
eâ nemo quidquam potest vede, agere, per-
ficere, aut etiam inchoare, quò conducat
ad salutem æternam; unde Pelagiani et
Semipelagiani contrarium docentes ab Ecclē-
siâ proscripti sunt. Attamen homo, eti-
am infidelis, solis naturæ viribus potest fa-
cere aliquòd opus bonum morale naturale, seu
actum naturalem ex omni parte etiam ex
fine honestum. Proinde etiam explodendi
sunt Lutherus, Calvinus, Bajus et Jansenius,
qui id negant.

11.

Nomine gratiæ actualis sufficientis ex
fide Catholica Ecclesia intelligimus, Auxili-
um Supernaturale præbens voluntati veram
et expeditam potentiam saltem media-

310. tam agendi bonum Supernaturale. Unde contra Lutherum, Calvinum, et Jansenium eorumque sequaces tuemur, dari in statu natura lapsa et per Christum reparata huiusmodi gratiam vere sufficientem. Eaque non modo iustis, cum instat præceptum, aut urget tentatio; sed et fidelibus peccatoribus etiam obduratis ac exocatis ad conversionem; imò etiam infidelibus omnibus, iis quoque qui nihil unquam audiverunt de rebus fidei, pro loco et tempore, ad salutem confertur.

12.

Gratia actualis efficiat ex dictis Thesi primâ est auxilium Supernaturale, quo cum voluntas potest operari et infalibilibiter operatur est, si datur, sive est auxilium Supernaturale, quod infalibilibiter est connexum cum effectu, ad quem datur; adeoque quod non solum potest exprimere voluntatis consensum, sed etiam illum semper certo et infalibilibiter exprimit et obtinet. Nullam hominis voluntati necessitatem imprimit aut infert, quod contra Ecclesie Catholice doctrinam perperam contendunt Lutherus, Calvinus, et Jansenius. Nec ipsius vis et efficacia ex delectatione Superiori, seu pergravis relativa vitio, quod Jansenius vult, est repetenda. Unde autem illius vis et efficacia sit repetenda, varia hæc de re sunt Theologorum Catholicorum sententia et opiniones atque Systemata, ut Thomistarum, Augustinianorum, Molinistarum, Congruistarum, Tomasini Tournelii, &c. Quo omnia gratia Systemata sunt Orthodoxa, ut potè in quibus omnibus statuitur, gratiam efficacem esse absolute necessariam

ad quolibet etiam faciliora pietatis opera 311.
Supernaturalis ordinis, eamque plane esse gra-
tuitam, necnon stare cum libero arbitrio:
qua tria Catholicum dogma expriment.

Quoniam autem ex his variis opinionibus
vera aut saltem verisimilior sit, nos latet.
Id unum nobis apertum videtur, scilicet
quamlibet earum gravissimis intricatam
esse difficultatibus; unde merito arguimus,
modum agendi gratiae unum esse ex imper-
vius Religionis Christianae mysteriis. Igitur
hic nihil aliud nos scire ultro profitemur,
nisi quod tota vis et efficacia gratiae re-
ponenda sit in virtute quaedam Supernatu-
rali nobis procius incognita, qua ex omni-
potentissima Dei voluntate habet, ut libe-
re quidem voluntatem, sed invictè ac infal-
libiliter, ad bonum moveat et determinet.

O. A. M. D. G.

319

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]